INSCRIPTIONES GRAECAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITAE

VOLVMEN VII

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCXCII

INSCRIPTIONES
MEGARIDIS ET BOEOTIAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

GVILELMVS DITTENBERGER

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCXCII

CORPVS

INSCRIPTIONVM GRAECARVM

GRAECIAE SEPTENTRIONALIS

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE
BORVSSICAE

EDITVM

VOLVMEN PRIMVM

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM
MDCCCLXXXXII

INSCRIPTIONES GRAECAE

MEGARIDIS OROPIAE BOEOTIAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

GVILELMVS DITTENBERGER

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXXXII

PRAEFATIO.

Inscriptionum Atticarum collectione paene absoluta cum Academia Regia Borussica reliquarum quoque regionum titulos Graecos quotquot adhuc reperti essent colligere constituisset, praeter Italiae et Siciliae inscriptiones, quarum sylloge Georgii Kaibelii opera confecta superiore anno prodiit, nullam illius paene infiniti operis partem magis desiderari persuasum habebat, quam eam quae praeter Atticam Boeckhiani Corporis volumine primo continebatur, titulos Graeciae continentis dico. Ex quibus rursus Peloponnesiacos in praesentia omittere satius visum est, ut restarent omnes Graeciae gentes quae ab Isthmo ad Olympum et Ceraunios montes pertinebant. Sed his adiungere placuit nationes barbaras, quae Graeciam a septentrionibus attingunt, ita ut totius paeninsulae quae mari Adriatico et Ponto Euxino terminatur monumenta epigraphica Graeco sermone concepta haec sylloge amplecteretur. Cuius quod nunc in publicum emittitur volumen primum, id Megaridis, Oropiae, Boeotiae inscriptiones habet; altero continebuntur Delphicae, tertio reliquarum mediae quam dicimus Graeciae regionum cum insulis maris Ionii itemque Thessalicae et Epiroticae, quartum denique monumenta Macedoniae, Thraciae, Illyrici ceterarumque terrarum septentrionalium exhibebit.

Iam de hoc quod editur volumine id ante omnia lectores docendos existimo, si quid utilitatis in eo sit, eius longe maximam partem H. G. Lollingii eximiae assiduitati, diligentiae sollertiaeque deberi. Nam quum editorum titulorum exempla secundum regiones et civitates digesta, additis adnotationibus sicubi de lectione dubitabam, ad eum misissem, ille anno huius saeculi octogesimo quinto et eis qui proxime insecuti sunt omnem illam regionem peragrans non modo schedis meis cum lapidibus collatis lectionem titulorum editorum multifariam emendavit, sed mirificam monumentorum ineditorum copiam felici industria indagavit, quorum exempla insigni diligentia et fide confecta ad me misit.

De opera a me ipso in his reliquiis supplendis et enarrandis collocata non est quod fusius exponatur. Nam quid in ea re sequi debuerim, nemo ex eis, quorum usui eiusmodi collectio destinatur, ignorabit; quid vero praestiterim, non meum est diiudicare. At de dispositione, quoniam vereor ut rationes meae ab omnibus primo aspectu recte intellegantur et comprobentur, pauca praemonenda existimo. Ac primum quidem in ea re locorum rationem habendam esse nemo facile negaverit. Ne id quidem per se dubium est, quin is modo locus in censum veniat, ubi quisque titulus antiquitus fuit, non ubi nunc forte fortuna asservatur. Nam sane nemo monumentum, quod in Boeotia effossum esse certis testimoniis constet, propterea in Atticorum numerum referre malet, quia nunc Athenis est. Verum enimvero haud exiguus est eorum titulorum numerus, quorum de origine perquam lubricum sit iudicium. Etenim compluribus Boeotiae locis, atque omnium maxime Thebis, multi lapides asservantur, qui utrum ibidem reperti an aliunde illuc translati sint nullius testis fide constet, sed ex ipsorum titulorum argumento disceptandum sit. Qua in re hanc mihi proposui normam, ut eos quidem, quos plane certis argumentis probaretur non posse antiquitus ibi collocatos fuisse, ubi nunc exstarent, antiquae patriae restituerem, at ubicunque vel minimus relinqueretur dubitationi locus, titulum inter eius civitatis monumenta referrem, cuius in agro nunc est. Qua in re me in adnotatione dubitandi rationes diligenter exposuisse, vix est quod dicam. Non temere igitur epigramma n. 2531 Thebis inventum inter titulos Thebanos reliqui; nam etsi Kaibelii coniecturam de origine Tanagraea non modo ingeniosam existimo sed etiam perquam probabilem, tamen fieri potuisse, ut homo Heracleota dum Thebis inter peregrinos commoratur subita morte abriperetur, nemo prudens infitias ibit. Quod contra hospitii publici decreta Tanagraea (n. 525. 526. 527), Plataeensia (n. 1664. 1665), Thespiensia (n. 1728), etsi Thebis inventa sunt, tamen quin recentiore demum aetate illuc pervenerint, nulla ex parte dubium est.

Sed illud quod supra dixi, locum ubi quisque titulus antiquitus fuisset respiciendum esse in eiusmodi corpore adornando, ita accuratius definiendum est, ut primum quidem regionum ratio habeatur, in unaquaque autem regione singularum civitatium tituli coniunctim proponantur. Qua de re aliter sensisse nonnullos ex eis, qui ante me illarum Graeciae partium titulos secundum locorum ordinem dispositos ediderint, non me fallit; neque enim, ut hoc potissimum utar, Leuctricos titulos a Thespiensibus separaturos fuisse Larfeldium, Meisterum, Cauerum manifestum est, si illam rationem probassent. At quaecunque monumenta Ascrae, Eutresi, Leuctris, Creuside, in delubro Musarum Heliconio eruta sint, ea Thespiensia esse non minus quam quae ex ipsius oppidi prope *Erimocastro* vicum hodiernum siti parietinis extracta sint, nemo iuris publici Graecorum non plane rudis ignoraverit. Cuius arctissimae necessitudinis, quae inter omnia eiusdem civitatis monumenta intercedit, vestigia luculentissima usquequaque occurrunt in ipsorum titulorum argumento, in hominum nominibus, in institutorum sacrorum et profanorum vocabulis, in deorum cognomentis multisque aliis in rebus. Quare qui nolet ea quae sua natura coniunctissima sunt violenter divellere, ei uniuscuiusque civitatis tituli coniungendi sunt nulla locorum intra agrum oppidi, ubi quisque ex eis repertus est, ratione habita.

At hic quoque legem quae in universum valeat scribere multo facilius est, quam eam ubique diligenter observare. Etenim ut nulla res humana vicissitudinis expers est, sic perfrequenter quae partes fuerunt pagique unius civitatis, eae postea ipsae civitates quae suo iure uterentur factae sunt, aut vice versa oppida quaedam cum aliis in unam civitatem confusa pristinam dignitatem amiserunt. Qua in re fabularum quidem, quae de antiquissima gentium Graecarum condicione circumferuntur, cur in collectione inscriptionum ratio haberetur non erat; sed quaecunque oppida unquam per ea tempora, quorum certa memoria exstet, sui iuris fuerunt, eorum titulos separatim proposui; veluti Aegosthenitanis, Pagaeis, Siphensibus suum locum assignavi, etsi Siphas Thespiensium, Aegosthena et Pagas Megarensium pagos aliquando fuisse probe scio; ac fieri sane potest, ut nonnulli ex titulis superstitibus eius aetatis sint; sed eos a reliquis eiusdem oppidi disiungere omnium ineptissimum foret. Alia difficultas non tanta est, quanta videri possit; nempe finium, quibus vicinarum civitatium agri dividebantur, accuratiore cognitione sane caremus. Sed tamen vix usquam in titulorum origine definienda id ullam ambiguitatem habet, praeter unum locum, quem silentio praeterire nolo. Etenim in angulo septentrionali Boeotiae antiquae prope vicum hodiernum *Martino* relliquiae oppiduli antiqui inventae sunt. Cyrtonas (Paus. IX, 24, 3. Steph. Byz. s. v.) fuisse consentiens est hominum doctorum opinio, quae mihi quoque plane probatur. At civitatem Cyrtoniorum nemo veterum novit, neque cuiquam homini apud scriptores aut in titulis ethnicum quod est Κυρτώνιος tribuitur; Stephani vero testimonio nemo utetur qui sciat quot sint apud illum ethnica plane ficticia. Potest sane illud silentium de civitate, quae utique perquam exigui momenti fuit, ad merum casum redire; sed probabilius est, illud oppidulum in finibus Hyettiorum civitatis fuisse, ut Delium in agro Tanagraeo, Harma in Thebano, Ascram in Thespiensi. Quare inscriptiones illius loci (n. 2839. 2841. 2842. 2844. 4165—4171) omnes inter Hyettias recipiendas existimavi.

Restat ut de nonnullis titulis dicam, quos non recepi, etsi ab antiquioribus in Megaricorum, Oropiorum, Boeoticorum numerum relati sunt. Ac primum quidem, cur campi Crommyonii inscriptiones, quas sane inde a Boeckhio homines docti Megaricis adiungere solent, secluserim, nemo quaeret qui ea quae supra disputavi reputaverit. Nam fabulosam quidem aetatem non curamus; postea vero illa regio semper Corinthiorum fuit, non Megarensium, ut titulos illic repertos Peloponnesiacorum corpori reservandos fuisse sponte pateat. Alia est causa eorum titulorum qui illarum regionum monumentis immixti sunt mero editorum priorum errore aut neglegentia; quo nomine inprimis Rangabéus, homo ceteroqui de doctrina epigraphica insigniter meritus, nonnumquam culpandus est. Qui quod tres titulos in ecclesia S. Lucae sita in Helicone inventos dicit (*Ant. Hell.* 2108. 2109. 2110), qui deinde in eas quae omnium in manibus versantur inscriptionum Boeoticarum collectiones receptae sunt (K. Keil Zur Sylloge Inscriptionum Boeoticarum p. 594. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 18 n. 40. 41. 42 et ap. Collitz *Sammlung griechischer Dialektinschriften* I p. 266 n. 824. 825. 826. W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 252 *b c*), in ea re deceptus est duorum fanorum cognominum confusione. Nam in nobilissimo eiusdem S. Lucae monasterio, quod est Stiride Phocensium, unum ex illis titulis iam L. Rossius exscripserat (Inscr. Gr. fasc. I p. 34 n. 77), ibidemque omnes tres hodie quoque exstare testatur Lolling. Idem cadit in Eumenis regis titulum honorarium, quem unus omnium Rangabéus in Amphiaraio Oropiorum se repperisse narrat (*Ant. Hell.* 1228), cum I. Schmidtius Delphis exscripserit inscriptionem ita cum Rangabéi exemplo consentientem, ut versuum divisio vel ubi medium vocabulum discinditur utrobique plane eadem sit. Quo minus dubitabis, quin idem lapis sit, quocunque modo error Rangabéi in loci definitione natus est. Denique de monumento Lebadensi (*Ant. Hell.* 1313) ipse Rangabéus dubitanter loquitur: *cette inscription se trouve, autant que je sais, à Lévadie.* Quod quoniam illic inter magistratus praeter hipparchum recensetur nauarchus, mediterraneae Lebadensium civitatis inscriptionem non esse apparet; neque omnino ullum inest originis Boeoticae vestigium. Quare haec quidem omisi; sed hic quoque eos modo titulos removendos existimavi, quos ab omni parte certum esset aliarum regionum esse, dubios vero retinui. Nam num plebiscitum Atticum n. 2411 re vera Thebis lapidi incisum fuerit, aut dedicatio victoris cuiusdam Clazomenii n. 3102 Lebadeae, me magnopere dubitare profiteor, sed id ad liquidum perduci vix unquam poterit. Quare quum utique praestet superflua recipi quam necessaria excludi, recepi; et fortasse recipere debebam quem sane non neglegentia sed consulto omisi titulum Thebanum ex uno Pocockii apographo notum C. I. G. 1681. Quem Boeoticum non esse sane etiamnunc mihi quidem plane persuasum est propter munerum publicorum vocabula λειτορεύσ[ας] et ἀρχεύσας, ex quibus illud adhuc non inventum est nisi in Thessalia (Collitz *Griechische Dialektinschriften* I p. 383 n. 1329. p. 385 n. 1332), hoc apud Dorienses insularum orientalium maris Aegaei (Paton and Hicks, *Inscriptions of Cos* p. 101 n. 44. p. 236 n. 367. p. 273 n. 384). Sed hic tamen dissensui locum relinqui confitendum est, ut me tituli non recepti paeniteat.

Ceterum monitos velim lectores, quum iam collectio inscriptionum cum addendis integra et haud exigua pars indicum typis exscripta essent, plus quam duorum mensium intermissionem intercessisse, quia Academia Regia constituerat suo typographeo sublato omne hoc negotium ad officinam typographicam imperii Germanici transferre. Quo factum est, ut nonnullorum, quae hoc temporis spatio edita sunt, ne in addendis quidem ratio haberi posset; sed ea perpauca fuere.

Denique facere non possum quin ex animi sententia gratias agam cum Adolfo Kirchhoffio, qui cum plagulas emendandi negotium ex parte suscepisset, in hoc quoque volumine passim consilio et doctrina sua me benigniter adiuvit, tum Paulo Foucarto, qui ad titulos Megarenses, Pagaeos, Thespienses adnotationes utilissimas mecum per litteras communicavit, quas in addendis publici iuris feci.

Scribebam Halis Saxonum mense Augusto
a. MDCCCLXXXXII.

Guilelmus Dittenberger.

CONSPECTVS EORVM QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

PARS PRIMA.

INSCRIPTIONES MEGARICAE.

I.

MEGARA.

1 Lapis leucophaeus cum aëtomate, Megaris erutus ex muro Iovis Olympii, nunc inaedificatus ad prelum olearium Costae Castanis, septentrionem versus a colle, qui Cariam, alteram arcem Megarensium, tenebat. Ed. D. Korolkow *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* VIII (1883) p. 183 n. 2. Contulit Lolling.

ΕΠΙΒΑΣΙΛΕΟΣΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥΤΟΥΕΥΦΡΟΝΙΟΥΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΒΟΥΛΑΣ
ΚΑΙΔΑΜΟΥΔΑΜΕΑΣΔΑΜΟΤΕΛΕΟΣΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝΔΑΜΟΤΕΛΗΣ
ΔΑΜΕΑΦΩΚΙΝΟΣΕΥΑΛΚΟΥΑΡΙΣΤΟΤΙΜΟΣΜΕΝΕΚΡΑΤΕΟΣΘΕΔΩΡΟΣ
ΠΑΓΧΑΡΕΟΣΠΡΟΘΥΜΟΣΖΕΥΞΙΟΣΤΙΜΩΝΑΓΑΘΩΝΟΣ
ΕΠΕΙΔΗΤΟΙΑΙΓΟΣΤΕΝΙΤΑ///ΑΝΑΓΓΕΛΛΟΝΖΩΙΛΟΓΚΕΛΛΑΙΝΟΥΒΟΙΩΤΙΟΝ
ΤΟΝΕΠΙΤΟΙΣΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙΣΤΟΙΣΕΝΑΙΓΟΣΤΕΝΟΙΣΤΕΤΑΓΜΕΝΟΝΥΠΟΤΟΥ
ΒΑΣΙΛΕΟΣΔΑΜΑΤΡΙΟΥΑΥΤΟΝΤΕΕΥΤΑΚΤΟΝΕΙΜΕΝΚΑΙΤΟΥΣΣΤΡΑΤΙΩ
ΤΑΣΠΑΡΕΧΕΙΝΕΥΤΑΚΤΟΥΣΚΑΙΤΑΛΛΑΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΑΙΚΑΛΩΣΚΑΙΕΥ
ΝΟΩΣΚΑΙΑΞΙΟΥΝΑΥΤΟΝΔΙΑΤΑΥΤΑΤΙΜΑΘΗΜΕΝΥΠΟΤΑΣΠΟΛΙΟΣ
ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙ
ΖΩΙΛΟΓΚΕΛΑ'''ΟΥΒΟΙΩΤΙΟΓΧΡΥΣΕΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΚΑΙΕΙΜΕΝΑΥΤΟΜΠΟ
ΛΙΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΑΣΜΕΓΑΡΕΩΓΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΑΥΤΟΥΕΙΜΕΝΔΕ
ΑΥΤΩΙΚΑΙΠΡΟΕΔΡΙΑΝΕΜΠΑΣΙΤΟΙΣΑΓΩΣΙΟΙΣΑΠΟΛΙΣΤΙΘΗΤΙΑΓΓΡΑΨΑΙ
ΔΕΤΟΔΕΤΟΔΟΓΜΑΤΟΓΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΟΥΔΑΜΟΥΕΙΣΣΤΑΛΑΝΛΙΘΙΝΑΝ
ΚΑΙΑΝΘΕΜΕΝΕΙΣΤΟΟΛΥΜΠΙΕΙΟΝΟΠΩΣΕΙΔΩΝΤΙΠΑΝΤΕΣΟΤΙΟΔΑΜΟΣ
/////ΕΓΑΡΕΩΝΤΙΜΗΤΟΥΣΑΓΑΘΟΝΤΙΠΡΑΣΣΟΝΤΑΣΗΛΟΓΩΙΗΕΡΓΩΙ
ΥΠΕΡΤΑΣΠΟΛΙΟΣΗΥΠΕΡΤΑΓΚΩΜΑΝ

Ἐπὶ *βασιλέος* Ἀπολλοδώρου τοῦ Εὐφρονίου, γραμματεὺς βουλᾶς | καὶ δάμου Δαμέας Δαμοτέλεος, ἐστρατάγουν Δαμοτέλης | Δαμέα, Φωκῖνος Εὐάλκου, Ἀριστότιμος Μενεκράτεος, Θέδωρος | Παγχάρεος, Πρόθυμος Ζεύξιος, Τίμων Ἀγάθωνος.

ἐπειδὴ τοὶ Αἰγοστενῖτα[ι] ἀνάγγελλον Ζωΐλογ Κελαίνου Βοιώτιον, | τὸν ἐπὶ τοῖς στρατιώταις τοῖς ἐν Αἰγοστένοις τεταγμένον ὑπὸ τοῦ | βασιλέος Δαματρίου, αὐτόν τε εὔτακτον εἶμεν καὶ τοὺς στρατιώ|τας παρέχειν εὐτάκτους, καὶ τἆλλα ἐπιμελεῖσθαι καλῶς καὶ εὐ|νόως, καὶ ἀξίουν αὐτὸν διὰ ταῦτα τιμαθῆμεν ὑπὸ τᾶς πόλιος, | ἀγαθᾷ τύχ̣ᾳ, δεδόχθαι τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ, στεφανῶσαι | Ζωΐλογ Κελαίνου Βοιώτιογ χρυσέῳ στεφάνῳ καὶ εἶμεν αὐτὸμ πο|λίταν τᾶς πόλιος τᾶς Μεγαρέωγ καὶ ἐκγόνους αὐτοῦ· εἶμεν δὲ | αὐτῷ καὶ πρ̣οεδρίαν ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγῶσι οἷς ἁ πόλις τίθητι. ἀγγράψαι | δὲ τόδε τὸ δόγμα τὸγ γραμματέα τοῦ δάμου εἰς στάλαν λιθίναν | καὶ ἀνθέμεν εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖον, ὅπως εἰδῶντι πάντες ὅτι ὁ δᾶμος | [ὁ Μ]εγαρέων τιμῇ τοὺς ἀγαθόν τι πράσσοντας ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ | ὑπὲρ τᾶς πόλιος ἢ ὑπὲρ τᾶγ κωμᾶν.

Quattuordecim senatus populique Megarensium decreta, quibus primum locum in hac collectione tribuendum existimavimus, omni ex parte tam similia sunt inter se, ut eorum originem ad unam eandemque aetatem referendam esse appareat. Sed id discriminis inter ea intercedit, ut septem (n. 1—7), quae trium diversorum annorum sunt, senos, reliqua septem (n. 8—14), item tribus annis composita, quinos praetores habeant. Iam Foucartus haec illis paullo antiquiora esse demonstrasse sibi visus est, assensumque tulit cum aliorum tum Gustavi Gilberti *Griech. Alterthümer* II p. 71. Sed eius argumentatio Boeckhii opinione nititur, qui quinque praetorum numerum — quem ipse unum cognoverat ex titulo n. 11 — ita explicavit, ut singulos ex singulis pagis, quos quinque fuisse Plutarchus Quaest. Gr. c. 17 testatur, creatos esse sumeret. Iam cum ex eis titulis, in quibus seni praetores enumerantur, tres certe (n. 1. 5. 6) Demetrio Poliorceta regnante compositi sint, Foucartus idem, quod Athenis accidisse constat, etiam Megaris factum suspicatus est, ut honoris Demetrii causa nova tribus institueretur ex eaque sextus praeturae locus illis antiquis accederet. At manifestum est, hic plane inter se confundi tribus (φυλῆς) et pagi (κώμης) notiones. Utramque populi divisionem Megaris fuisse constat. Tribus fuerunt tres illae Doricae, cuius rei testimonium praeter titulos aetatis Hadrianae (n. 70. 71. 73) nunc tenemus inscriptionem in Asclepieo Epidauriorum inventam de arbitrio Megarensium, quo illi ex auctoritate Achaeorum litem de finibus inter Corinthios et Epidaurios exortam diremerunt (Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 1887 p. 10). Pagos non fuisse tribuum partes, iam ex numerorum ratione apparet, neque dubium est quin plane diversum fuerit utriusque divisionis fundamentum, ita ut tribus ad gentem et cognationem, pagi ad locum ac domicilium referrentur. Neque magis obscurum est, in distribuendis totius populi muneribus atque honoribus tribuum modo, non pagorum rationem habitam esse; namque in illo titulo quinquageni sunt ex singulis tribubus arbitri, quibus ut numerus impar fieret centesimus quinquagesimus unus additus est e Pamphylorum tribu, sine dubio sorte electus. Contra pagi concilia quidem habebant quibus de suis cuiusque rebus sacris et profanis deliberarent (cf. titulos 1 et 43), sed in totius reipublicae administratione ullas earum partes fuisse ne tenuissimo quidem vestigio indicatur. Quare pro certo licet pronuntiare Megarenses si Demetrium eiusmodi honore afficere voluissent, non quinque pagis sextum, sed tribus tribubus quartam addituros fuisse, ut postea re vera Hadriani honoris causa fecerunt (cf. titulos 72. 74), et si omnino praetores non promiscue ex universo populo creati essent, tribuum potius quam pagorum rationem habendam fuisse, ut re vera in arbitris illis eligendis factum est.

Iam quum omnis illa ratio, quam inter pagos et praetores intercedere statuerunt, refutata sit, denuo oritur quaestio, utrum quinarius an senarius huius collegii numerus antiquior habendus sit. Quod etsi non potest plane certa ratione diiudicari, tamen id tenendum est, de quinque praetoribus qui ante Demetrii aetatem fuerint nullum usquam testimonium exstare, at posteriori tempori eum numerum vindicari titulorum 27. 28 auctoritate, qui quinos polemarchos, et tituli 41, qui quinque damiurgos habet. Nam nomina quidem magistratuum hic ex Achaeorum, illic ex Boeotorum institutis recepta esse, quorum foederi tunc Megarenses se adiunxerant, per se patet; at numerum ex proprio Megarensium more retentum esse eo certius est, quia in omnibus reliquis foederis Boeotici civitatibus terni, non quini polemarchi fuerunt. Qua re cum efficiatur medio fere saeculo a. Chr. tertio utique quinque praetores Megaris fuisse, nonne praestat titulos 8—14 paullo post Demetrium incisos statuere, quam duplicem pro simplici, quam testatam habemus, numeri mutationem fingere? Imminuti numeri causa latet: saeculo tertio oppidum Aegosthenitarum, quod imperio Demetrii etiamtum pagum civitatis Megarensium effecerat (v. infra), sui iuris factum est (cf. titulum 207 et eos qui sequuntur); idem in Pagaeos cadere videtur (cf. n. 188. 189. 190). Quae res, etsi nullam pagorum rationem habitam vidimus in praetoribus eligendis, tamen propter contractum civium numerum collegio imminuendo ansam dare poterat; sed nolo hic quicquam pro certo adfirmare.

Demetrius Poliorcetes, quem in titulis 1. 5. 6 commemorari rectissime iudicarunt editores — neque enim de Antigoni Gonatae filio cogitari potest — Megarensium oppidum, quod Cassandri praesidio tenebatur, expugnavit anno 307 a. Chr. (Droysen *Geschichte des Hellenismus* II, 2 p. 117). Sed regis nomen (cf. Droysen l. c. II, 2 p. 136) nullum ex his titulis anno 306 antiquiorem esse indicio est. At quod huic ipsi anno aut titulum 1 aut 5 et 6 se vindicare posse opinati sunt editores, quia beneficia quae Megarenses tantis honoribus remunerati essent, non posseut non per ipsam expugnationis occasionem in eos collata esse, hoc argumentum ea ipsa re refellitur, quod aequo iure his tribus titulis accommodari potest, quos tamen non eodem anno compositos esse diversa magistratuum eponymorum nomina docent. Neque verba διατρίβων παρὰ τὸμ βασιλέα Δαμάτριον (n. 5. 6) hanc coniecturam adiuvare videntur, quibus id potius indicatur, illos homines apud absentem regem Demetrium Megarensium res favore et benevolentia adiuvisse. Ut igitur Apollodorum Euphronii f., Eucliam, Theomantum magistratus eponymos proximae post annum 306 a. Chr. aetatis esse constat, ita quo ordine se exceperint aut quo potissimum anno unusquisque in munere fuerit, definiri nequit.

Eosdem sex praetores ubique in his trium annorum decretis redire iam a Foucarto aliisque observatum est. Sed nemodum aliud inde collegit, nisi licuisse praetores anno magistratus elapso in proximum refici, ut Athenis licuit. Quod mihi sufficere non videtur, immo tum temporis Megarensium praetores in tempus longius annuo, veluti in quinquennium creatos existimo. Quod iudicium ordine nominum confirmatur, qui ubique idem est nisi quod Damoteles Dameae f. Apollodoro rege (n. 1. 2. 3) primum, duobus reliquis annis tertium locum tenet; quae res sine dubio inde repetenda, quod illo anno scriba senatus populique, qui haec incidenda curabat, Dameas Damotelis f. fuit, illius praetoris sine dubio aut pater aut filius. Quae res indicare videtur, idem collegium, cuius certus ordo erat fortasse ex suffragiorum numero quibus electi erant constitutus, per plures annos mansisse, non eosdem homines casu identidem refectos esse. Memorabile est, ea aetate, qua quinarius erat praetorum numerus (tit. 8—14), ne unum quidem nomen in duorum annorum collegiis idem esse; quare una cum numero etiam tempus magistratus mutatum videtur ita ut e quinquennali annuus fieret. Nam tres illi anni quorum tituli exstant utique non magno intervallo inter se distant.

Quo tempore haec decreta sunt, Aegosthena etiamtum ut antea (Xen. Hell. V, 4, 18 τῆς Μεγαρικῆς ἐν Αἰγοσθένοις. VI, 4, 26 εἰς Αἰγόσθενα τῆς Μεγαρικῆς) pagus Megarensium erat; eo spectant in fine tituli verba τοὺς ἀγαθόν τι πράσσοντας ὑπὲρ τᾶς πόλιος ἢ ὑπὲρ τᾶγ κωμᾶν. Singularem esse scripturam Αἰγόστενα et Αἰγοστενῖται, quum praeterea tituli aeque ac scriptores ad unum omnes consona aspirata utantur, recte monet Korolkow. Sed iniuria tenuem ex aspirata ortam statuit provocans ad Creticum Πύτιος. Immo hic tenemus antiquissimam formam nominis sine dubio angustias sive saltus caprarum significantis, quae notio loci naturae accommodatissima est. Praesidium, cui Zoilus praeerat, sine dubio a Demetrio statim anno 307 a. Chr. Aegosthenis collocatum est. Sed quamdiu ibi manserit, latet, ita ut ne ab hac quidem parte plebisciti annus accuratius definiri possit.

2 Megaris in muro substructionum Olympiei. Edd. Pittakis Eph. 1327. Rangabé *Ant. Hell.* 695. Accuratius, sed minus plene Lebas-Foucart *Inscr.* II 34. Nunc lapis aut latet aut periit.

[ΕΠΙΒ]ΑΣΙΛΕΟΣΑΠΟΛΛΟΔ[ΩΡΟΥ]ΤΟΥΕ[ΥΘΡΟΝ]ΙΟΥΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΒΟΥΛΑΙΚΑΙΔΑΜΩΙΔΑΜΕΑΔΑΜΟΤΕΛΕΟΣ   ΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝ
ΔΑΜΟΤΕΛΗΣΔΑΜΕΑΦΩΚΙΝΟΣΕΥΑΛΚΟΥΑΡΙΣΤΟΤΙΜΟΣΜΕΝΕ
ΚΡΑΤΕΟΣΘΕΔΩΡΟΣΠΑΓ[ΧΑ]ΡΕΟΣΠΡΟΘΥΜΟΣΖΕΥΞΙΟΣΤΙΜΩΝΑΓΑ
[ΘΩΝΟΣ]ΕΠΕΙΔΗΑΓΑΘΩΝΑΡΧΙΟΥ.ΡΓ.ΙΟΣΕΥΝΟΥΣΚΑΙΧΡΗΣΙ
ΜΟΣΕΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙΤΩΙΔΑΜΩΙ[ΑΓΑΘΑΙΤ]ΥΧΑΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΑΙ
ΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙ[ΕΠ]ΑΙΝ[ΕΣ]ΑΙ[ΤΕ]ΑΥΤΟΝΑ[ΡΕ]ΤΑ[Σ]ΕΝΕΚ[Α]
ΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΚΑΙΕΙΜ[ΕΝΑ]ΥΤΟ[ΝΚΑΙΕ]ΚΓΟΝΟΥΣΠΡ[Ο]ΞΕΝ[ΟΥΣ]
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΣΤΑΣΠ[Ο]ΛΙΟΣΚΑΙ[Ε]Ι[Μ]Ε[Ν]Α[Υ]ΤΩΙΓΑΣΚΑΙ
[ΟΙΚ]ΙΑΣΕ[.Α.Χ]ΑΓΚΑ[ΙΠΡ]Ο[Ε]ΔΡ[ΙΑ]Ν[ΕΜΠΑΣΙ]Τ[ΟΙ]ΣΑ[ΓΩ]ΣΙΟΙΣ
ΑΠΟΛΙΣΤΙΘΗΤΙΚ[ΑΙΑ]ΤΕΛΕΙΑ[ΓΚΑΙ]Α[ΣΥΛ]ΙΑ[Ν]ΕΙΠΟ[ΛΕ]
ΜΩΙΚΑΙΕΙΡΑΝΑΙ[Κ]Α[ΙΚΑ]ΤΑ[Γ]ΑΓ[Κ]Α[ΙΚΑ]ΤΑΘΑ[ΛΑΣΣΑΝ]
ΑΓΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΔΟΓΜΑΤΟΓΓ[ΡΑ]ΜΜΑ[Τ]ΕΑΤΟΥΔ[ΑΜΟΥ]
ΕΙΣΣΤΑΛΑΝΚΑ[Ι]ΑΝΘΕΜΕΝΕΙΣΤΟΟ[ΛΥΜ]ΠΙΕΙΟΝ......
ΝΕΡΟΝΗΙΟΤΙΟΔΑΜΟΣΟΜΕΓΑ[ΡΕΩΝ..]ΜΗΤΟΥΣ.Υ....
ΚΑΙΧΡΗΣΙΜΟΥΣΑΥΤΩΙ

Var. lect. Lebasii exemplum accurate repraesentavi, additis intra uncos ex Pittakis exemplo eis litteris, quas ille non iam legit. Vs. 1 med. ΕΥΘΡΟΝΙΟΥ Pitt. ΕΡΜ.ΙΟΥ.. Lebas. Hic quum Pittakis lectio, etsi ipsa quoque vitiosa est, tamen multo proprius accedat ad verum (cf. n. 1), vix diiudicari potest, uter v. 5 rectius legerit, ubi patris nomen apud Leb. ΑΡΧΙΟΥ, apud Pitt. ΑΣΤΙΟΥ est. At reliqua, quae Pittakis in eis quae Lebasius quoque legit, ab illo discrepantia exhibet, enumerari operae pretium non est; nam ei omnes manifesti errores sunt, plerumque plane gemini eorum quos in titulo 3 (Eph. 1328) exscribendo commisit.

Ἐπὶ βασιλέος Ἀπολλοδώρου τοῦ Εὐ[φ]ρονίου, γραμματεύοντος | βουλᾷ καὶ δάμῳ Δαμέα Δαμοτέλεος, ἐστρατάγουν | Δαμοτέλης Δαμέα, Φωκῖνος Εὐάλκου, Ἀριστότιμος Μενε|κράτεος, Θέδωρος Παγχάρεος, Πρόθυμος Ζεύξιος, Τίμων Ἀγά|θωνος. ἐπειδὴ Ἀγάθων Ἀρχίου [Ἀ]ργ[ε]ῖος εὔνους καὶ χρήσι|μος ἐὼν διατελεῖ τῷ δάμῳ, ἀγαθᾷ τύχᾳ, δεδόχθαι τᾷ | βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ, ἐπαινέσαι τε αὐτὸν ἀρετᾶς ἕνεκα | καὶ εὐνοίας, καὶ εἶμεν αὐτὸν καὶ ἐκγόνους προξένους | καὶ εὐεργέτας τᾶς πόλιος, καὶ εἶμεν αὐτῷ γᾶς καὶ | οἰκίας ἐ[π]α[ρ]χὰγ καὶ προεδρίαν ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγῶσι, οἷς | ἁ πόλις τίθητι, καὶ ἀτέλειαγ καὶ ἀσυλίαν ἐ[μ] πολέ|μῳ καὶ εἰράνᾳ καὶ κατὰ γᾶγ καὶ κατὰ θάλασσαν. | ἀγγράψαι δὲ τόδε τὸ δόγμα τὸγ γραμματέα τοῦ δάμου | εἰς στάλαν καὶ ἀνθέμεν εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖον, [ὅπως φα]|νερὸν ἦ ὅτι ὁ δᾶμος ὁ Μεγαρέων [τι]μῆ τοὺς [ε]ὔ[νους] | καὶ χρησίμους αὐτῷ.

Et hic v. 10 et in titulo 3 v. 12 admodum mirae sunt vocabuli, quod volgaris ἔγκτησις aut Dorici ἔππασις locum tenet, reliquiae ab editoribus Graecis enotatae. Sed cum Foucarti testimonio constet terminationem ...αγ fuisse, illorum certe neutrum fuit, quumque ἐ[ππασί]αν, quod is proposuit, non magis ullo praeterea exemplo probetur, quam ἐπαρχάν, quod Rangabé et Pittakis ex reliquiis quas ipsi exscripserunt necessario suppleverunt, ut in re incertissima hoc retinere malui.

3 Megaris quondam in muro substructionum Olympiei. Ed. Pittakis Eph. 1328. Nunc aut periit aut latet.

ΕΠΙΒΑΣΙΛΕΩΣΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥΤΟΥΕΥΘΡΟΝΙΟΥΓΡΑΜΜΑ
ΤΕΥΣΒΟΥΛΑΣΚΑΙΔΑΜΟΥΔΑΜΕΑΣΔΑΜΟΤΕΛΕΟΣ
ΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝΔΑΜΟΤΕΛΗΣΔΑΜΕΑΦΩΚΙΝΟΣΕΥΑ
ΛΚΟΥΑΡΙΣΤΟΤΙΜΟΣΜΕΝΕΚΡΑΤΕΟΣΘΕΟΔΩΡΟΣΠΑΓΧ
ΡΕΩΣΠΡΟΘΥΜΟΣΖΕΥΞΙΟΣΤΙΜΩΝΑΓΑΘΩΝΟΣΕΠΕΙ
ΑΛΕΞ // ΕΥΣ
ΕΥΝΟΥΣΚΑΙΧΡΗΣΙΜΟΣΕΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙΤΩΙΔΑΜΩΙ
ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙ
ΕΠΑΙΝΕΣΑΙΑΥΤΟΝΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΚΑ
ΕΙΜΕΝΑΥΤΟΝΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΠΡΟΞΕΝΟΥΣΚΑΙΕΥΕΡΓΕ
ΤΑΣΤΑΣΠΟΛΙΟΣΚΑΙΕΙΜΕΝΑΥΤΩΙΓΑΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣ
ΕΠ.ΡΧ.ΚΑΙΠΡΟΕΔΡΙΑΝΕΜΠΑΣΙΤΟΙΣΑΓΩΣΙΟΙΣ
ΑΝΑΠΟΛΙΣΤΙΘΗΣΙΝΚΑΙΑΤΕΛΕΙΑΝΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝ
ΚΑΙΕΝΠΟΛΕΜΩΙΚΑΙΕΝΕΙΡΑΝΑΙΚΑΙΚΑΤΑΓΑΓΚΑΙ
ΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΔΟΓΜΑ
ΤΟΝΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΟΥΔΑΜΟΥΕΣΣΤΑΛΑΝΚΑΙ
.ΝΘΕΜΕΝΕΙΣΤΟΟΛΥΜΠΙΕΙΟΝ

Ἐπὶ βασιλέ[ο]ς Ἀπολλοδώρου τοῦ Εὐ[φ]ρονίου, γραμμα|τεὺς βουλᾶς καὶ δάμου Δαμέας Δαμοτέλεος, | ἐστρατάγουν Δαμοτέλης Δαμέα, Φωκῖνος Εὐά|λκου, Ἀριστότιμος Μενεκράτεος, Θέ⟨ο⟩δωρος Παγχ[ά]|ρε[ο]ς, Πρόθυμος Ζεύξιος, Τίμων Ἀγάθωνος· ἐπει[δὴ] | Ἀλεξ........ ...εὺς | εὔνους καὶ χρήσιμος ἐὼν διατελεῖ τῷ δάμῳ, | ἀγαθᾷ τύχᾳ, δεδόχθαι τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ, | ἐπαινέσαι αὐτὸν ἀρετᾶς ἕνεκα καὶ εὐνοίας, κα[ὶ] | εἶμεν αὐτὸν καὶ ἐκγόνους προξένους καὶ εὐεργέ|τας τᾶς πόλιος, καὶ εἶμεν αὐτῷ γᾶς καὶ οἰκίας | ἐπ[α]ρχ[ὰγ] καὶ προεδρίαν ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγῶσι οἷς | ⟨ἂν⟩ ἁ πόλις τίθη[τ]ι, καὶ ἀτέλειαν καὶ ἀσυλίαν | καὶ ἐν πολέμῳ καὶ ἐν εἰράνᾳ καὶ κατὰ γᾶγ καὶ | κατὰ θάλασσαν. ἁ[γγ]ράψαι δὲ τόδε τὸ δόγμα | τὸν γραμματέα τοῦ δάμου ἐς στάλαν καὶ | [ἁ]νθέμεν εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖον.

Attici sermonis vestigia, quae in exemplo Pittakis satis frequentia sunt, ipsius neglegentiae deberi eo certius est, quod eosdem plane errores etiam in titulo 2 commisit, cuius accuratius apographum apud Lebasium est.

4 Megaris quondam in muro substructionum Olympiei. Edd. Ross *Monatsber. der Königl. Akademie der Wissensch. zu Berlin* 1844 p. 159. Pittakis Eph. 1334. Rangabé *Ant. Hell.* 700. Lebas-Foucart *Inscr.* II 33. Nunc aut latet aut periit.

ΣΔΙΑΤΡΙΒΩΝ
ΕΠΕΙΔΗΜΥΣΠΡΩΤΕΑΕΡΕΣΙΟΣΕΥΝΟΥΣΕΩΝ
ΚΑΙΠΡΑΣΣΩΝΤΑΣΥΜΦΕΡΟΝΤΑΤΩΙΔΑΜΩΙ
ΤΩΙΜΕΓΑΡΕΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΔΕ
ΔΟΧΘΑΙΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΕΠΑΙΝΕ
ΣΑΙΤΕΑΥΤΟΝΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΤΑΣΕΙΣΤΟΝΔΑΜΟΝΤΟΝΜΕΓΑΡΕΩΝΚΑΙΕΙ
ΜΕΝΑΥΤΟΝΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΠΡΟΞΕΝΟΥΣ..Σ
ΠΟΛΙΟΣΤΑΣΜΕΓΑΡΕΩΝΕΙΜΕΝΔΕΑΥΤΟΙΣ
ΑΤΕΛΕΙΑΝΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝΚΑΙΕΝΠΟΛΕΜΩΙ
ΚΑΙΕΝΕΙΡΑΝΑΙΚΑΙΚΑΤΑΓ·ΑΓΚΑΙΚΑΤΑΘΑ
ΛΑΣΣΑΝΑΓΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΔΟΓΜΑΤΟΝ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΟΥΔΑΜΟΥ.ΝΣΤΑΛΑΙΚΑΙΑΝΘ.
ΜΕΝΕΙΣΤΟΟΛΥΜΠΙΕΙΟΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣΕΥΚΛΙΑΣ
ΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝΦΩΚΙΝΟΣΕΥΑΛΚΟΥΑΡΙΣΤΟΤΙ....
ΝΕΚΡΑΤΕΟΣΔΑΜΟΤ.ΛΗΣΔΑΜΕΑΘΕΔΩΡΟΣ
ΠΑΓΧΑΡΕΟΣΠΡΟΘΥΜΟΣΖΕΥΞΙΟΣΤΙΜΩΝΑΓΑ..
ΝΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΒΟΥΛΑΣΚΑΙΔΑΜΟΥ
ΕΥΠΑΛΙΝΟΣΟΜΟΦΡΟΝΟΣ

Inde a versu secundo titulus sic se habet:

Ἐπειδὴ Μῦς Πρωτέα Ἐρέσιος εὔνους ἐὼν | καὶ πράσσων τὰ συμφέροντα τῷ δάμῳ | τῷ Μεγαρέων διατελεῖ, ἀγαθᾷ τύχᾳ, δε|δόχθαι τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ, ἐπαινέ|σαι τε αὐτὸν ἀρετᾶς ἕνεκα καὶ εὐνοίας | τᾶς εἰς τὸν δᾶμον τὸν Μεγαρέων, καὶ εἶ|μεν αὐτὸν καὶ ἐκγόνους προξένους [τᾶ]ς | πόλιος τᾶς Μεγαρέων· εἶμεν δὲ αὐτοῖς | ἀτέλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ ἐν πολέμῳ | καὶ ἐν εἰράνᾳ καὶ κατὰ γᾶγ καὶ κατὰ θά|λασσαν. ἀγγράψαι δὲ τόδε τὸ δόγμα τὸν | γραμματέα τοῦ δάμου [ἐ]ν στάλᾳ καὶ ἀνθ[έ]|μεν εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖον. βασιλεὺς Εὐκλίας, | ἐστρατάγουν Φωκῖνος Εὐάλκου, Ἀριστότι[μος Με]|νεκράτεος, Δαμοτ[έ]λης Δαμέα, Θέδωρος | Παγχάρεος, Πρόθυμος Ζεύξιος, Τίμων Ἀγά[θω]|νος, γραμματεὺς βουλᾶς καὶ δάμου | Εὐπαλῖνος Ὁμόφρονος.

Quid sibi velint litterae .....ς *διατρίβων* (v. 1) non liquet. Sed haud improbabilis est Foucarti coniectura, similem formulam atque 5, 1. 6, 1 est (*διατρίβων παρὰ τὸμ βασιλέα Δαμάτριον*), hic quoque addendam fuisse lapicidae, sed eius socordia omissam esse. Quem errorem deinde supra versum additis verbis emendare conatus est, sed aut spatii angustiis coactus aut alia nescio qua de causa participium exarasse satis habuit.

---

5. 6 Lapis ex substructionibus Olympiei evolsus atque inaedificatus ad prelum olearium Constantini Castanis septentrionem versus ab oppido Megarensium. n. 5 edd. Pittakis Eph. 1332. Rangabé *Ant. Hell.* 698. Lebas-Foucart *Inscr.* II 31. — n. 6 edd. Pittakis Eph. 1333. Rangabé *Ant. Hell.* 698. Lebas-Foucart *Inscr.* II 32. Duos primos versus cum parte tertii neglegenter exhibet Pittakis Eph. 1339. Tituli 5 versus primos, titulum 6 integrum cum lapide contulit Lolling.

[*Textum vide pag. seq.*]

5 Ἐπειδὴ Κλέων Κλέωνος Ἐρυθραῖος διατρίβων παρ[ὰ | τ]ὸμ βασιλέα [Δαμ]άτριο[ν εὔ]νου[ς ἐὼ]γ καὶ πρ[άσ|σ]ω[ν] τὰ συμ[φέ]ροντα τῷ δάμῳ τῷ Μεγαρέων [δια]|τελ[εῖ, ἀγα]θᾷ τύχᾳ, δεδόχθαι τᾷ βο(υ)λᾷ καὶ | τῷ δάμῳ, ἐπαινέσαι αὐτὸν ἀρετᾶς ἕνεκα | καὶ εὐνοίας τᾶς εἰς τὸν δᾶμον τὸν Μεγ[αρέω]ν, |[κ]αὶ [εἶμεν] αὐτὸγ καὶ ἐκγόν[ου]ς προξένους τᾶς | πόλιο[ς] τᾶ[ς] Μεγαρέων· εἶμεν [δ]ὲ [αὐ]τῷ [κ]αὶ ἀτέ|λει[αγ] καὶ [ἀσυ]λίαγ καὶ [ἐμ π]ολέμῳ καὶ ἐ[ν] εἰρά|νᾳ καὶ κατὰ [γ]ᾶ[γ κ]αὶ κατὰ θάλασσαν· ἀγγρά|[ψαι] δὲ τόδε τὸ δόγμα τὸν γραμματέα τοῦ δάμου | [ἐν στάλᾳ καὶ] ἀνθέμεν εἰς τὸ Ὀλυμπιέον, ἀγ|[γράψ]αι δὲ αὐτὸγ καὶ εἰς στάλαν ἔ[νθαπερ καὶ οἱ | ἄ]λλοι πρόξενοι. βασιλεὺς [Εὐ]κλίας, ἐ[σ]τρατάγουν | Φωκῖνος Εὐάλκου, Ἀριστότιμος [Μ]ε[νεκράτεος,] | Δαμ[οτέλη]ς Δαμέα, Θ[έ]δωρος Παγχά[ρεος, | Πρό]θυμος Ζεύξιος, Τίμων Ἀγά[θω]νος, [γρ]αμμα|[τεὺς] βουλᾶς καὶ δάμου Εὐπαλῖνος [Ὁμό]φρο[νος].

6 Ἐπε[ιδὴ] Φίλ[ω]ν Κλέωνος Ἐρυθραῖος διατρίβων παρὰ | τὸμ βασιλέα [Δα]μάτρι[ο]ν εὔνους ἐὼγ καὶ πράσ|σων τὰ συμφέροντα τῷ δάμῳ τ[ῷ] Μεγαρ[έων] | διατελεῖ, ἀγαθᾷ τύχᾳ, δεδ[ό]χ[θαι τᾷ β]ουλ[ᾷ] | καὶ τῷ δάμῳ, ἐπαινέσα[ι α]ὐτὸν ἀρετᾶς ἕν[ε]|κα καὶ εὐνοίας [τ]ᾶς εἰς τὸν δᾶμον τὸν Μεγα|ρέωγ, καὶ εἶμεν αὐτὸγ καὶ ἐκγόνους [προ]ξένου[ς] | τᾶς πόλιος τᾶς Μεγαρέων· εἶμεν δὲ αὐτῷ καὶ | ἀτέλειαγ καὶ ἀσυλίαγ καὶ ἐμ πολέμῳ καὶ ἐ|ν εἰράνᾳ καὶ κατὰ γᾶγ καὶ κατὰ θάλ[α]σσαν· | ἀγγράψαι δὲ τόδε τὸ δόγμα [τὸν] γραμματέα | τοῦ δάμου ἐν στάλᾳ καὶ ἀνθέμεν εἰς τὸ Ὀλυμ|πιεῖον· ἀγγράψαι δὲ αὐτὸγ καὶ ε[ἰ]ς [στάλαν, ἔνθα]|περ καὶ οἱ ἄλλοι πρόξενοι. βασιλεὺς Εὐκλίας, | ἐστρατάγουν Φωκῖνος Εὐάλ[κ]ο[υ, Ἀριστότιμος | Μ]ενεκράτεος, Δαμοτέλ[ης Δαμ]έα, Θέδωρος | Παγχάρεος, Πρόθυμος Ζεύξιος, Τί[μ]ω[ν Ἀγά]|θωνος, γραμματεὺς βου[λ]ᾶς καὶ δάμου | Εὐπαλῖνος Ὁμόφρονος.

Quum adhuc duo eiusdem decreti exempla unum iuxta alterum in eodem lapide exarata statuissent homines docti, quae res non modo inaudita sed etiam sua natura absurda atque incredibilis est, Lollingii lectione edocemur, duorum hominum arctissima necessitudine inter se coniunctorum honores hic una incisos esse, aut patris et filii, aut, id quod mihi etiam veri similius videtur, fratrum.

(5)

ΕΠΕΙΔΗΚΛΕΩΝΚΛΕΩΝΟΣΕΡΥΘΡΑΙΟΣΔΙΑΤΡΙΒΩΝΠΑΡ.
.ΟΜΒΑΣΙΛΕΑ...ΑΤΡΙΟ...ΝΟΥ...ΓΚΑΙΠΡ..
.Ω.ΤΑΣΥΜ..ΡΟΝΤΑΤΩΙΔΑΜΩΙΜΕΓΑΡΕΩΝ...
ΤΕΛ.....ΘΑΙΤΥΧΑΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΑΙΒΟΛΑΙΚΑΙ
ΤΩΙΔΑΜΩΙΕΠΑΙΝΕΣΑΙΑΥΤΟΝΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑ
ΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΤΑΣΕΙΣΤΟΝΔΑΜΟΝΤΟΝΜΕΓ....Ν
.ΑΙ.....ΑΥΤΟΓΚΑΙΕΚΓΟΝ..ΣΠΡΟΞΕΝΟΥΣΤΑΣ
ΠΟΛΙΟ.ΤΑ.ΜΕΓΑΡΕΩΝΕΙΜΕΝ.Ε..ΤΩΙ.ΑΙΑΤΕ
ΛΕΙ..ΚΑΙ..ΛΙΑΓΚΑΙ...ΟΛΕΜΩΙΚΑΙΕ.ΕΙΡΑ
ΝΑΙΚΑΙΚΑΤΑ.Α..ΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝΑΓΓΡΑ
...ΔΕΤΟΔΕΤΟΔΟΓΜΑΤΟΝΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΟΥΔΑΜΟΥ
...........ΑΝΘΕΜΕΝΕΙΣΤΟΟΛΥΜΠΙΕΟΝΑΓ
....ΑΙΔΕΑΥΤΟΓΚΑΙΕΙΣΣΤΑΛΑΝΕ.........
.ΛΛΟΙΠΡΟΞΕΝΟΙΒΑΣΙΛΕΥΣ..ΚΛΙΑΣΕ.ΤΡΑΤΑΓΟΥΝ
ΦΩΚΙΝΟΣΕΥΑΛΚΟΥΑΡΙΣΤΟΤΙΜΟΣ.Ε.........
ΔΑΜ.....ΣΔΑΜΕΑΘ.ΔΩΡΟΣΠΑΓΧΑ....
...ΘΥΜΟΣΞΕΥΞΙΟΣΤΙΜΩΝΑΓΑ..ΝΟΣ...ΑΜΜΑ
....ΒΟΥΛΑΣΚΑΙΔΑΜΟΥΕΥΠΑΛΙΝΟΣ...ΦΡΟ...

(6)

ΕΠΕ//////////ΡΙΑ////ΝΚΛΕΩΝΟΣΕΡΥΘΡΑΙΟΣΔΙΑΤΡΙΒΩΝΠΑΡΑ
ΤΟΙΙΒΑΣΙΛΓΛ.\ΜΑΤΡΙ.ΝΕΥΝΟΥΣΕΩΓΚΑΙΠΡΑΣ
ΣΩΝΤΑΣΥΜΦΕΡΟΝΤΑΤΩΙΔΑΜΩΙΤ..ΜΕΓΑΡ...
ΔΙΑΤΕΛΕΙΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΔΕΔ.Υ//////////ΟΥΑ///////
ΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΕΠΑΙΝΕΣΑ..ΥΤΟΝΑΡΕΤΑΣΕΝ.
ΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ.ΑΣΕΙΣΤΟΝΔΑΜΟΝΜΕΓΑ
ΡΕΩΓΚΑΙΕΙΜΕΝΑΥΤΟΓΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣ...ΞΕΝΟΥ.
ΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΑΣΜΕΓΑΡΕΩΝΕΙΜΕΝΔΕΑΥΤΩΙΚΑΙ
ΑΤΕΛΕΙΑΓΚΑΙΑΣΥΛΙΑΓΚΑΙΕΜΠΟΛΕΜΩΙΚΑΙΕ
ΝΕΙΡΑΝΑΙΚΑΙΚΑΤΑΓΑΓΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛ.ΣΣΑΝ
ΑΓΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΔΟΓΜΑ...ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ
ΤΟΥΔΑΜΟΥΕΝΣΤΑΛΑΙΚΑΙΑΝΘΕΜΕΝΕΙΣΤΟΟΛΥΜ
ΠΙΕΙΟΝΑΓΓΡΑΨΑΙΔΕΑΥΤΟΓΚΑΙΕ.Σ........
ΠΕΡΚΑΙΟΙΑΛΛΟΙΠΡΟΞΕΝΟΙΒΑΣΙΛΕΥΣΕΥΚΛΙΑΣ
ΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝΦΩΚΙΝΟΣΕΥΑΛ.Ο............
.ΕΝΕΚΡΑΤΕΟΣΔΑΜΟΤΕΛ....ΙΕΑΘΕΔΩΡΟΣ
ΠΑΓΧΑΡΕΟΣΠΡΟΘΥΜΟΣΞΕΥΞΙΟΣΤΙ.Ω....
ΘΩΝΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΒΟΥΑΑΣΚΑΙΔΑΜΟΥ
ΕΥΠΑΛΙΝΟΣΟΜΟΦΡΟΝΟΣ

7 Megaris in domo privata prope peribolum Olympiei. Edd. A. Conze *Philol.* XIV (1859) p. 151. Ex ectypo et apographo suo P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 33*a* (P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 n. 107). Periisse videtur.

ΕΠΕΙΔ.ΕΡΜΩΝΑΞΕΡΜΟΓΕΝΕΟΣΤΡΟΙΑΝΙΟΣΔΙΑΤΕΛΕΙΕΥ
ΝΟΥΣΕΩΝΤΩΙΔΑΜΩΙΤΩΙΜΕΓΑΡΕΩΝΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΔΕ
ΔΟΧΘΑΙΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΠΡΟΞΕΝΟΝΕΙΜΕΝ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΑΣΜΕΓΑΡΕΩΝΚΑΙΕΚ
ΓΟΝΟΥΣΑΥΤΟΥΕΙΜΕΝΔΕΑΥΤΩΙΚΑΙΑΤΕΛΕΙΑΓΚΑΙ
ΑΣΥΛΙΑΓΚΑΙΚΑΤΑΓΑΓΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝ
ΚΑΙΠΟΛΕΜΟΥΚΑΙΕΙΡΑΝΑΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣΕΜΠΑΣΙΝ
ΑΓΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΔΟΓΜΑΤΟΓΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΟΥ
ΔΑΜΟΥΕΝΣΤΑΛΑΙΚΑΙΑΝΘΕΜΕΝΕΙΣΤΟΟΛΥΜΠΙΕΙ
ΒΑΣΙΛΕΥΣΘΕΟΜΑΝΤΟΣΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝΦΩΚΙΝΟΣΕΥ
ΑΛΚΟΥΑΡΙΣΤΟΤΙΜΟΣΜΕΝΕΚΡΑΤΕΟΣΔΑΜΟΤΕΛΗΣ
ΔΑΜΕΑΘΕΔΩΡΟΣΠΑΓΧΑΡΕΟΣΠΡΟΘΥΜΟΣΙΕΥΞΙΟΣ
ΤΙΜΩΝΑΓΑΘΩΝΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΒΟΥΛΑΣΚΑΙΔΑ
ΜΟΥΠΑΣΙΩΝΔΩΡΟΘΕΟΥ

Ἐπειδὴ Ἑρμῶναξ Ἑρμογένεος Τροζάνιος διατελεῖ εὔ|νους ἐὼν τῷ δάμῳ τῷ Μεγαρέων, ἀγαθᾷ τύχᾳ, δε|δόχθαι τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ, πρόξενον εἶμεν | καὶ εὐεργέταν τᾶς πόλιος τᾶς Μεγαρέων καὶ ἐκ|γόνους αὐτοῦ· εἶμεν δὲ αὐτῷ καὶ ἀτέλειαγ καὶ | ἀσυλίαγ καὶ κατὰ γᾶγ καὶ κατὰ θάλασσαν | καὶ πολέμου καὶ εἰράνας, καὶ οἰκίας ἔμπασιν. | ἀγγράψαι δὲ τόδε τὸ δόγμα τὸγ γραμματέα τοῦ | δάμου ἐν στάλᾳ καὶ ἀνθέμεν εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖ[ον]. | βασιλεὺς Θεόμαντος, ἐστρατάγουν Φωκῖνος Εὐ|άλκου, Ἀριστότιμος Μενεκράτεος, Δαμοτέλης | Δαμέα, Θέδωρος Παγχάρεος, Πρόθυμος Ζεύξιος, | Τίμων Ἀγάθωνος, γραμματεὺς βουλᾶς καὶ δά|μου Πασίων Δωροθέου.

---

8. 9 Lapis a. 0,44, l. 0,52, Megaris quondam in muro substructionum Olympiei, nunc ante demarchiam. Titulum 8 edd. Ross *Monatsber. der Königl. Akademie der Wissensch. zu Berlin* 1844 p. 160. Rangabé *Ant. Hell.* 701. Pittakis Eph. 1336. Quinque primos versus habet idem Eph. 1338. — Titulum 9 edd. Pittakis Eph. 1335. Rangabé *Ant. Hell.* 702. Utriusque exemplum accuratissimum est apud Lebas-Foucart *Inscr.* II 29. 30. (Titulum 8 repetivit P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 n. 106.) Ectypum chartaceum misit Lollingius, ex quo litterarum formas expressi et addidi litteras nonnullas quae apud Lebasium non sunt.

(8)

ΕΠΕΙΔΗΑΓΑΘΟΚΛΗΣΑΡΧΙΔΑΜΟΥ
ΒΟΙΩΤΙΟΣΕΥΝΟΥΣΕΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΣΤΟΥΔΑΜΟΥΤΟΥ
ΜΕΓΑΡΕΩΝΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΔΕΔΟ
ΧΘΑΙΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙ
ΠΡΟΞΕΝΟΝΑΥΤΟΝΕΙΜΕΓΚΑΙΕΚ
ΓΟΝΟΥΣΑΥΤΟΥΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΑΣ
ΜΕΓΑΡΕΩΓΚΑΤΤΟΝΝΟΜΟΝΕΙΜΕΝ
ΔΕΑΥΤΩΙΚΑΙΟΙΚΙΑΣΕΜΠΑΣΙΝ
ΚΑΙΠΡΟΕΔΡΙΑΝΕΜΠΑΣΙΤΟΙΣΑΓΩ
ΣΙΝΟΙΣΑΠΟΛΙΣΤΙΘΗΤΙΑΓΓΡΑΨΑ
ΤΩΔΕΤΟΔΟΓΜΑΤΟΔΕΟΓΡΑΜΜΑ
ΤΕΥΣΤΟΥΔΑΜΟΥΕΝΣΤΑΛΑΙΛΙΘΙ
ΝΑΙΚΑΙΑΝΘΕΤΩΕΙΣΤΟΟΛΥΜΠΙΕΙΟΝ
ΒΑΣΙΛΕΥΣΠΑΣΙΑΔΑΣΕΣΤΡΑΤΑ
ΓΟΥΝΔΙΟΝΥΣΙΟΣΠΥΡΡΙΔΑΔΑΜΕ
ΑΣΜΑΤΡΟΚΛΕΟΣΑΝΤΙΦΙΛΟΣΣΜΑ
ΧΟΥΜΝΑΣΙΘΕΟΣΠΑΣΙΩΝΟΣΕΡΚΙΩι
ΤΕΛΗΤΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΒΟΥΛΑΣ
ΚΑΙΔΑΜΟΥΙΠΠΩΝΠΑΓΧΑΡΕΟΣ

(9)

ΕΠΕΙΔΗΔΙΟΚΡΙΤΟΣΔΙΟΚΡΙΤΟΥΑΛΙ
ΚΑΡΝΑΣΣΕΥΣΕΥΝΟΥΣΕΩΝΔΙΑΤΕ
ΛΕΙΤΩΙΔΑΜΩΙΤΩΙΜΕΓΑΡΕΩΝΚΑΙ
ΧΡΕΙΑΣΠΑΡΕΧΕΤΑΙΤΟΙΣΔΕΟΜΕ
ΝΟΙΣΑΕΙΜΕΓΑΡΕΩΝΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙ
ΔΕΔΟΧΘΑΙΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑ
ΜΩΙΠΡΟΞΕΝΟΝΕΙΜΕΓΚΑΙΕΥΕΡΓΕ
ΤΑΝΑΥΤΟΓΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΤΑΣΠΟ
ΛΙΟΣΤΑΣΜΕΓΑΡΕΩΝΕΙΜΕΝΔΕΑΥ
ΤΩΙΑΣΥΛΙΑΓΚΑΙΚΑΤΑΓΑΓΚΑΙΚΑ
ΤΑΘΑΛΑΣΣΑΓΚΑΙΕΜΠΟΛΕΜΩΙ
ΚΑΙΕΝΕΙΡΑΝΑΙΤΟΔΕΔΟΓΜΑΤΟΔΕ
ΑΓΓΡΑΨΑΤΩΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΤΟΥΔΑ
ΜΟΥΕΙΣΣΤΑΛΑΝΛΙΘΙΝΑΓΚΑΙΑΝ
ΘΕΤΩΕΙΣΤΟΟΛΥΜΠΙΕΙΟΝΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΠΑΣΙΑΔΑΣΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝΔΙΟΝΥ
ΣΙΟΣΠΥΡΡΙΔΑΔΑΜΕΑΣΜΑΤΡΟ
ΚΛΕΟΣΑΝΤΙΦΙΛΟΣΣΜΑΧΟΥΜΝ
ΑΣΙΘΕΟΣΠΑΣΙΩΝΟΣΕΡΚΙΩΝΤΕ
ΤΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΒΟΥΛΑΣΚΑΙ
ΜΟ///ΙΠΠΩΝΠΑΓΧΑΡΕΟΣ

8 Ἐπειδὴ Ἀγαθοκλῆς Ἀρχιδάμου | Βοιώτιος εὔνους ἐὼν διατελεῖ | καὶ εὐεργέτας τοῦ δάμου τοῦ | Μεγαρέων, ἀγαθᾷ τύχᾳ, δεδό|χθαι τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ, | πρόξενον αὐτὸν εἶμεγ καὶ ἐκ|γόνους αὐτοῦ τᾶς πόλιος τᾶς | Μεγαρέωγ καττὸν νόμον· εἶμεν | δὲ αὐτῷ καὶ οἰκίας ἔμπασιν | καὶ προεδρίαν ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγῶ|σιν οἷς ἁ πόλις τίθητι. ἀγγραψά|τω δὲ τὸ δόγμα τόδε ὁ γραμμα|τεὺς τοῦ δάμου ἐν στάλᾳ λιθί|νᾳ καὶ ἀνθέτω εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖον. | βασιλεὺς Πασιάδας, ἐστρατά|γουν Διονύσιος Πυρρίδα, Δαμέ|ας Ματροκλέος, Ἀντίφιλος Σμά|χου, Μνασίθεος Πασίωνος, Ἑρκίω[ν] | Τέλητος, γραμματεὺς βουλᾶς | καὶ δάμου Ἵππων Παγχάρεος.

9 Ἐπειδὴ Διόκριτος Διοκρίτου Ἁλι|καρνασσεὺς εὔνους ἐὼν διατε|λεῖ τῷ δάμῳ τῷ Μεγαρέων καὶ | χρείας παρέχεται τοῖς δεομέ|νοις ἀεὶ Μεγαρέων, ἀγαθᾷ τύχᾳ, | δεδόχθαι τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δά|μῳ, πρό-

ξενον εἶμεγ καὶ εὐεργέ|ταν αὐτὸγ καὶ ἐκγόνους τᾶς πό|λιος τᾶς Μεγαρέων· εἶμεν δὲ αὐ|τῷ ἀσυλίαγ καὶ κατὰ γᾶγ καὶ κα|τὰ θάλασσαγ καὶ ἐμ πολέμῳ | καὶ ἐν εἰράνᾳ. τὸ δὲ δόγμα τόδε | ἀγγραψάτω ὁ γραμματεὺς τοῦ δά|μου εἰς στάλαν λιθίναγ καὶ ἀν|θέτω εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖον. βασιλεὺς | Πασιάδας, ἐστρατάγουν Διονύ|σιος Πυρρίδα, Δαμέας Ματρο|κλέος, Ἀντίφιλος Σμάχου, Μν|ασίθεος Πασίωνος, Ἑρκίων Τέ[λη]|τος, γραμματεὺς βουλᾶς καὶ [δά]|μο[υ] Ἵππων Παγχάρεος.

Plebiscita Pasiada, Diogene, Apollonida regibus conscripta (n. 8—14) commodissime initiis tertii a. Chr. saeculi tribuemus si reputaverimus et ea quae ad titulum 1 de numero praetorum disputata sunt et summam similitudinem, quae his decretis cum septem prioribus intercedit. Utique haec omnia antiquiora sunt anno 243 a. Chr. Nam Megarensibus in foedus Achaicum receptis nomina magistratuum mutata esse titulus 41 docet. Quaenam temporis ratio inter hos tres annos intercedat, ignoramus.

---

10 In eodem lapide atque n. 43, Megaris quondam in domo Stamatis Furtulaki. Ed. P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 30*b*. Periisse videtur.

ΕΠΙΒΑΣΙΛΕΟΣΠΑΣΙΑΔΑ
ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΒΟΥΛΑΙΚΑΙΔΑΜΩΙΙΠΠΩΝΠΑΓ
ΧΑΡΕΟΣΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝΔΙΟΝΥΣΙΟΣΠΥΡΡΙΔΑ
ΔΑΜΕΑΣΜΑΤΡΟΚΛΕΟΣΑΝΤΙΦΙΛΟΣΣΜΑΧΟΥ
ΜΝΑΣΙΘΕΟΣΠΑΣΙΩΝΟΣΕΡΚΙΩΝΤΕΛΗΤΟΣ
ΕΠΕΙΔΗΤΕΛΕΣΙΑΣΤΑΥΡΙΩΝΟΣΠΕΙΘΑΝΟΡΙΔΑΣ
ΝΙΚΑΙΘΟΥΦΛΕΙΑΣΙΟΙΕΥΝΟΟΙΕΟΝΤΕΣΔΙΑΤΕΛΟΥΝ
ΤΙΤΩΙΔΑΜΩΙ·ΤΩΙΜΕΓΑΡΕΩΓΚΑΙΧΡΕΙΑΣΠΑΡΕ
ΧΟΜΕΝΟΙΑΕΙΤΩΙΔΕΟΜΕΝΩΙΤΩΜΠΟΛΙΤΑΝΕΜ
ΠΑΝΤΙΚΑΙΡΩΙΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΑΙ
ΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΠΡΟΞΕΝΟΥΣΕΙΜΕΝΑΥ
ΤΟΥΣΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΣΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΑΣΜΕΓΑΡΕ
ΩΓΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΑΥΤΩΝΥΠΑΡΧΕΙΝΔΕΚΑΙΤΑΛ
ΛΑΠΑΝΤΑΑΥΤΟΙΣ.ΣΑΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΟΞΕ
ΝΟΙΣΥΠΑΡΧ.ΝΤΑΕΣΤΙΚΑΤΤΟΝΝΟΜΟΝΑΓΓΡΑΨ
....ΤΟΔΕΤΟΔΟΓΜΑΤΟΓΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΟΥΔΑ
ΜΟΥΕΙΣΣΤΑΛΑΓΚΑΙΑΝΘΕΜΕΝΕΙΣ..ΟΛΥΜΠΙΕΙΟΝ

Ἐπὶ βασιλέος Πασιάδα, | ἐγραμμάτευε βουλᾷ καὶ δάμῳ Ἵππων Παγ|χάρεος, ἐστρατάγουν Διονύσιος Πυρρίδα, | Δαμέας Ματροκλέος, Ἀντίφιλος Σμάχου, | Μνασίθεος Πασίωνος, Ἑρκίων Τέλητος· | ἐπειδὴ Τελεσίας Ταυρίωνος, Πειθανορίδας | Νικαίθου Φλειάσιοι εὔνοοι ἐόντες διατελοῦν|τι τῷ δάμῳ τῷ Μεγαρέωγ καὶ χρείας παρε|χόμενοι ἀεὶ τῷ δεομένῳ τῶμ πολιτᾶν ἐμ | παντὶ καιρῷ, ἀγαθᾷ τύχᾳ, δεδόχθαι τᾷ | βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ, προξένους εἶμεν αὐ|τοὺς καὶ εὐεργέτας τᾶς πόλιος τᾶς Μεγαρέ|ωγ καὶ ἐκγόνους αὐτῶν, ὑπάρχειν δὲ καὶ τἆλ|λα πάντα αὐτοῖς, [ὅ]σα καὶ τοῖς ἄλλοις προξέ|νοις ὑπάρχ[ο]ντά ἐστι καττὸν νόμον. ἀγγράψ|[αι δὲ] τόδε τὸ δόγμα τὸγ γραμματέα τοῦ δά|μου εἰς στάλαγ καὶ ἀνθέμεν εἰς [τὸ] Ὀλυμπιεῖον.

---

11 Lapis Dawkinsianus Megaris Oxonium delatus. Ed. Chandler Marm. Ox. II, 28 (Boeckh C. I. G. 1052). Nonnullis locis Boeckhii exemplum denuo cum lapide contulit H. Roehl *Beiträge zur griechischen Epigraphik*. Berolini 1876. p. 5.

ΕΠΙΒΑΣΙΛΕΟΣΠΑΣΓΑΔΑΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΒΟΥΛΑΙ
ΚΑΙΔΑΜΩΙΙΠΠΩΓΠΑΓΧΑΡΕΟΣΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΠΥΡΡΙΔΑΔΑΜΕΑΣΜΑΤΡΟΚΛΕΟΣ
ΑΝΤΙΠΑΣΕΥΜΑΧΟΥΜΝΑΣΙ.ΘΕΟΣΠΑΣΙΩΝΟΣ
ΕΡΚΙΩΝΤΕΛΗΤΟΣ
ΕΠΕΙΔΗΜΕΝΑΝΔΡΟΣΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΟΣΜΕΓΑΛΟ
ΠΟΛΙΤΑΣΔΙΑΤΕΛΕΙΕΥΝΟΥΣΕΩΓΚΑΙΠΡΑΣΣΩΝ
ΤΑΣΥΜΦΕΡΟΝΤΑΤΩΙΔΑΜΩΙΕΠΑΙΝΕΣΑΙΤΕΑΥ
ΤΟΝΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑΚΑΙ..ΝΟΙΑΣΚΑΙΕΙΜΕΝ
ΑΥΤΟΜΠΡΟΞΕΝΟΓΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣ
ΤΑΣΜΕΓΑΡΕΩΓΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΑΥΤΟΥΕΙΜΕΝ
ΔΕΑΥΤΩΙΑΤΕΛΕΙΑΓΚΑΙΑΣΥΛΙΑΓΚΑΙΚΑΤΑ
ΓΑΓΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝ..ΓΡΑΨΑΤΩΔΕ
ΤΟΔΕΤΟΔΟΓΜΑΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΤΟΥΔΑΜΟΥ
ΕΙΣΣΤΑΛΑΓΚΑΙΑΝΘΕΤΩΕΙΣΤΟΟΛΥΜΠΙΕΙΟΝ

Ad primos duos versus Roehlius haec adnotavit: 'Vs. 1 nomen proprium accurate discerni nequit; neque vero ea quae cognoscuntur lectioni Boeckhii adversantur. Vs. 2 certissime in lapide est ΙΠΠΩΓΠΑΓΧΑΡΕΟΣ' (sic iam Chandler). Versus 3 lectio quam exhibui Roehlio debetur. Chandlerus legerat ΑΝΤΙΜΑΟΣΕΜΑΧΟΥΜΕΛΑΣΙΟΣΟΣΠΑΣΙΩΝΟΣ.

Ἐπὶ βασιλέος Πασ[ι]άδα, ἐγραμμάτευε βουλᾷ | καὶ δάμῳ Ἵππω[ν] Παγχάρεος, ἐστρατάγουν | Διονύσιος Πυρρίδα, Δαμέας Ματροκλέος, | Ἀντί[φιλο]ς [Σ]μάχου, Μναςίθεος Πασίωνος, | Ἑρκίων Τέλητος.
Ἐπειδὴ Μένανδρος Καλλικράτεος Μεγαλο|πολίτας διατελεῖ εὔνους ἐὼγ καὶ πράσσων | τὰ συμφέροντα τῷ δάμῳ, ἐπαινέσαι τε αὐ|τὸν ἀρετᾶς ἕνεκα καὶ [εὔ]νοίας, καὶ εἶμεν | αὐτὸμ πρόξενογ καὶ εὐεργέταν τᾶς πόλιος | τᾶς Μεγαρέωγ καὶ ἐκγόνους αὐτοῦ· εἶμεν | δὲ αὐτῷ ἀτέλειαγ καὶ ἀσυλίαγ καὶ κατὰ | γᾶγ καὶ κατὰ θάλασσαν. [ἀγ]γραψάτω δὲ | τόδε τὸ δόγμα ὁ γραμματεὺς τοῦ δάμου | εἰς στάλαγ καὶ ἀνθέτω εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖον.

---

12. 13 Megaris in lapide substructionum Olympiei. n. 12 edd. Ross *Monatsber. der Königl. Akademie der Wissensch. zu Berlin* 1844 p. 156. Pittakis Eph. 1329. Rangabé *Ant. Hell.* 693. — n. 13 edd. Ross l. c. p. 157. Pittakis Eph. 1330. Rangabé *Ant. Hell.* 694. Accuratiora utriusque tituli exempla edita sunt apud Lebas-Foucart *Inscr.* II 27. 28. (Titulum 12 repetivit P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 n. 105.) Nunc lapis aut latet aut periit.

(12)

ΕΠΙΒΑΣΙΛΕΟΣΔΙΟΓΕΝΕΟΣΕΓΡΑΜΜΑ
ΤΕΥΕΒΟΥΛΑΙΚΑΙΔΑΜΩΙΕΛΙΞΟΣΕΥ
..ΜΟΥΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝΠΑΓΧΑΡΗΣΔΙ
ΟΔΩΡΟΥΕΡΙΜΝΟΣΘΕΜΝΑΣΤΟΥΕΥΦΑΜΟΣ
ΕΥΚΛΕΙΩΝΟΣΤΕΙΣΙΩΝΑΜΦΙΑΜΕΓΥΛ
ΛΟΣΣΙΛΑΝΟΥΕΔΟΞΕΒΟΥΛΑΙΚΑΙΔΑΜΩΙ
ΕΠΕΙΔΗΙΠΠΙΑΣΠΕΡΙΚΛΕΟΣΑΚΑΡΝΑΝ
ΕΞΑΣΤΑΚΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙΕΥΝΟΥΣΕΩΝ
ΤΩΙΔΑΜΩΙΤΩΙΜΕΓΑΡΕΩΓΚΑΙΧΡΕΙΑΣ
ΑΕΙΤΩΙΔΕΟΜΕΝΩΙΤΩΜΠΟΛΙΤΑΝΠΑΡΕΧ.
ΤΑΙΦΙΛΟΤΙΜΩΣΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΠΡΟΞΕΝΟΝ
ΕΙΜΕΝΑΥΤΟΓΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣ
ΤΑΣΜΕΓΑΡΕΩΓΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΑΥΤΟΥΑΓ
ΓΡΑΨΑΤΩΔΕΤΟΔΟΓΜΑΤΟΔΕΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ
ΤΟΥΔΑΜΟΥΕΙΣΣΤΑΛΑΓΚΑΙΑΝΘΕΤΩΕΙΣΤΟ
ΟΛΥΜΠΙΕΙΟΝ

(13)

ΕΠΙΒΑΣΙΛΕΟΣΔΙΟΓΕΝΕΟΣΕΓΡΑΜΜΑ
ΤΕΥΕΒΟΥΛΑΙΚΑΙΔΑΜΩΙΕΛΙΞΟΣΕΥ
ΔΑΜΟΥΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝΠ.Γ.ΑΡΗΣ..
ΟΔΩΡΟΥΕΡΙΜΝΟΣΘΕΜΝΑΣΤΟΥ..ΦΑΜ...
ΕΥΚΛΕΙΩΝΟΣΤΕΙΣΙΩΝΑΜΦΙΑΜΕΓΥΛ
ΛΟΣΣΙΛΑΝΟΥΕΔΟΞΕΒΟΥΛΑΙΚΑΙΔΑΜ..
ΕΠΕΙΔΗΝΙΚΑΤΑΣΑΡΧΕΔΑΜΟΥΕΠΙΔΑΥ
ΡΙΟΣΕΥΝΟΥΣΕΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙΤΩΙΔΑΜΩΙ
ΤΩΙΜΕΓΑΡΕΩΝΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΔΕ....
ΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΠΡΟΞΕΝ..
ΕΙΜΕΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΝΑΥΤΟΝΚΑΙΕΚ..
ΝΟΥΣΑΥΤΟΥΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΑΣΜΕΓΑΡ...
ΚΑΤΑΤ..ΝΟΜΟΝΕΙΔΕΚΑΔΟΞΗΙΑΓΓΡΑΨ...
ΑΥΤΟΝΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΤΟΥΔΑΜΟΥΕ....
ΛΑΙΛΙΘΙΝΑΙΚΑΙΑΝΘΕΤΩΕΙΣΤΟΟΛΥΜ...

12 Ἐπὶ βασιλέος Διογένεος, ἐγραμμά|τευε βουλᾷ καὶ δάμῳ Ἕλιξος Εὐ|[δά]μου, ἐστρατάγουν Παγχάρης Δι|οδώρου, Ἕριμνος Θεμνάστου, Εὔφαμος | Εὐκλείωνος, Τεισίων Ἀμφία, Μέγυλ|λος Σιλανοῦ, ἔδοξε βουλᾷ καὶ δάμῳ· | ἐπειδὴ Ἱππίας Περικλέος Ἀκαρνὰν | ἐξ Ἀστακῶν διατελεῖ εὔνους ἐὼν | τῷ δάμῳ τῷ Μεγαρέωγ καὶ χρείας | ἀεὶ τῷ δεομένῳ τῶμ πολιτᾶν παρέχ[ε]|ται φιλοτίμως, ἀγαθᾷ τύχᾳ, πρόξενον | εἶμεν αὐτὸγ καὶ εὐεργέταν τᾶς πόλιος | τᾶς Μεγαρέωγ καὶ ἐκγόνους αὐτοῦ. ἀγ|γραψάτω δὲ τὸ δόγμα τόδε ὁ γραμματεὺς | τοῦ δάμου εἰς στάλαγ καὶ ἀνθέτω εἰς τὸ | Ὀλυμπιεῖον.

13 Ἐπὶ βασιλέος Διογένεος, ἐγραμμά|τευε βουλᾷ καὶ δάμῳ Ἕλιξος Εὐ|δάμου, ἐστρατάγουν Π[α]γ[χ]άρης [Δι]|οδώρου, Ἕριμνος Θεμνάστου, [Εὔ]φαμ[ος] | Εὐκλείωνος, Τεισίων Ἀμφία, Μέγυλ|λος Σιλανοῦ, ἔδοξε βουλᾷ καὶ δάμ[ῳ·] | ἐπειδὴ Νικάτας Ἀρχεδάμου Ἐπιδαύ|ριος εὔνους ἐὼν διατελεῖ τῷ δάμῳ | τῷ Μεγαρέων, ἀγαθᾷ τύχᾳ, δε[δόχθαι] | τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ, πρόξεν[ον] | εἶμεν καὶ εὐεργέταν αὐτὸν καὶ ἐκ[γό]|νους αὐτοῦ τᾶς πόλιος τᾶς Μεγαρ[έων] | κατὰ τ[ὸν] νόμον. εἰ δέ κα δόξῃ, ἀγγραψ[άτω] | αὐτὸν ὁ γραμματεὺς τοῦ δάμου ἐ[ν στά]|λᾳ λιθίνᾳ καὶ ἀνθέτω εἰς τὸ Ὀλυμ[πιεῖον].

---

14 In muro occidentali substructionum Olympiei. Edd. Pittakis Eph. 1331. Rangabé *Ant. Hell.* 697. Omnium accuratissime Lebas-Foucart *Inscr.* II 26.

ΕΠΙ..ΣΙ.Ε..ΑΠ.Λ.ΩΝΙΔΑΕΓΡΑΜΜΑ
ΤΕΥΕΒΟΥΛΑΙΚΑΙΔΑ.ΩΙΧΡΥΣΑΝΘΙΔΑΣ
ΑΠΟΛ.ΟΔΩ.ΟΥΕΣΤΡΑΤΑΓΟΥΝΠΥΘΟ
.ΛΗ.ΕΥΓΕ.ΤΑΠΑ.Τ.ΚΛΗΣΝΙΚΟΔΑΜΟΥ
ΣΤΡΑΤΟΠΕΙΘΗΣΑ.ΠΟΚΡΑΤΕΟΣΠΑΣΙΑΔΑΣ
ΗΡΟΔΩ..ΣΔΙΩΝΟΣ
ΕΠΕΙΔΗΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΣΘΑΡΓΗΛΙΟΥΑΛΙ
ΚΑΡΝΑΣΣΕΥΣΕΥΝΟΥΣΕΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙ
ΤΩΙΔΑΜΩΙΤΩΙΜΕΓΑΡΕΩΝΚΑΙΧΡΕΙΑΣ
.ΑΡΕΧΕΤΑΙΤΟΙΣΔΕΟΜΕΝΟΙΣΑΕΙΜΕΓΑΡΕ
ΩΝΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΑΙΒΟΥΛΑΙ
ΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΠΡΟΞΕΝΟΝΕΙΜΕΓΚΑΙΕΥΕΡ
ΓΕΤΑΝΑΥΤΟΓΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΤΑΣΠΟΛΙΟΣ
ΤΑΣΜΕΓΑΡΕΩ......ΔΕΑΥΤΩΙΑΣΥΛΙΑΓ
ΚΑΙΚΑΤΑΓΑΓΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΓΚΑΙΕΜ
ΠΟΛΕΜΩΙΚΑΙΕΝΕΙΡΑΝΑΙ.ΑΙΟ.ΚΙΑΣΕΜΠΑ
ΣΙΝΤΟΔΕΔΟΓΜΑΤΟΔΕΑΓΓΡΑΨΑΤΩΟΓΡΑΜ
ΜΑΤΕΥΣΤΟΥΔΑΜΟΥΕΙΣΣΤΑΛΑΝΛΙΘΙΝΑΝ
ΚΑΙΑΝΘΕΤΩΕΙΣΤΟΟΛΥΜΠΙΕΙΟΝ

Ἐπὶ [βα]σι[λ]έ[ος] Ἀπ[ο]λ[λ]ωνίδα, ἐγραμμά|τευε βουλᾶ καὶ δά[μ]ῳ Χρυσανθίδας | Ἀπολ[λ]οδώ[ρ]ου, ἐστρατάγουν Πυθο|[κ]λῆ[ς] Εὐγε[ί]τα, Πα[ν]τ[α]κλῆς Νικοδάμου, Στρατοπείθης Ἀ[ρ]ποκράτεος, Πασιάδας, Ἡρόδω[ρο]ς Δίωνος.

Ἐπειδὴ Ἀρίστανδρος Θαργηλίου Ἁλι|καρνασσεὺς εὔνους ἐὼν διατελεῖ | τῷ δάμῳ τῷ Μεγαρέων καὶ χρείας | [π]αρέχεται τοῖς δεομένοις ἀεὶ Μεγαρέ|ων· ἀγαθᾷ τύχᾳ, πρόξενον εἶμεγ καὶ εὐερ|γέταν αὐτὸγ καὶ ἐκγόνους τᾶς πόλιος | τᾶς Μεγαρέω[ν· εἶναι] δὲ αὐτῷ ἀσυλίαγ | καὶ κατὰ γᾶγ καὶ κατὰ θάλασσαγ καὶ ἐμ | πολέμῳ καὶ ἐν εἰράνᾳ [κ]αὶ ο[ἰ]κίας ἔμπασιν. τὸ δὲ δόγμα τόδε ἀγγραψάτω ὁ γραμ|ματεὺς τοῦ δάμου εἰς στάλαν λιθίναν | καὶ ἀνθέτω εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖον.

15 Megaris quondam in domo Antonii Saltas. Edd. ex Velseni schedis E. Curtius *Archäol. Anzeiger* XI (1851) p. 381 n. 1; ex eiusdem Velseni apographo alteroque suo W. Vischer *Archäologisches und Epigraphisches aus Korkyra und Athen* p. 13 n. 29. *Epigr. und archäol. Beiträge aus Griechenland* p. 42 (*Kleine Schriften* II p. 64) n. 47. C. Bursian in epistula ad Henzenum *Bullettino dell' Instituto arch. Rom.* 1855 p. XXII. Lapide denuo collato omnium accuratissime ed. P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 35*a* (W. Dittenberger Sylloge Inscr. Gr. 218. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 n. 108). Lapis Athenas translatus esse dicitur, sed nunc latet.

ΣΥΝΑΡΧΙΑΙΠΡΟΕΒΟΥΛΕΥΣΑΝΤΟΠΟΤΙΤΕΤΟΥΣΑΙΣΙΜΝΑΤΑ
ΒΟΥΛΑΝΚΑΙΤΟΝΔΑΜΟΝΕΠΕΙΔΕΙΚΕΣΙΟΣΜΗΤΡΟΔ
ΕΦΕΣΙΟΣ ΟΚΑΤΑΣΤΑΘΕΙΣΕΠΑΙΓΙΝΑΣ ΥΠ
ΙΛΕΟΣΕΥΜΕΝΕΟΣΔΙΑΤΕΛΕΙΤΑΝΠΑΣΑΝΣ . . . ΔΑΝ
ΤΟΥΔΑΜΟΥΤΟ . Μ . ΓΑΡΕΩΝ . ΥΘΕΝ
ΤΩ

Συναρχίαι προεβουλεύσαντο ποτί τε τοὺς αἰσιμνάτα[ς καὶ τὰν] | βουλὰν καὶ τὸν δᾶμον· ἐπειδ[ὴ] Ἱκέσιος Μητροδ[ώρου] | Ἐφέσιος ὁ κατασταθεὶς ἐπ' Αἰγίνας ὑπ[ὸ τοῦ βα|σ]ιλέος Εὐμένεος διατελεῖ τὰν πᾶσαν σ[που]δὰν [ποιεό|μενος ὑπὲρ] τοῦ δάμου το[ῦ] Μ[ε]γαρέων, οὐθὲν [ἐλλείπων . . . .].

Eumenis regis mentione, qui annis 197—159 a. Chr. regnavit, tituli aetatem definiri adnotavit Foucartus. Sed idem monuit, ex forma reipublicae, qualem hic videmus, apparere, haec decreta esse postquam Megarenses a Boeotorum societate ad foedus Achaicum rediissent; quod anno fere 192 a. Chr. factum esse constat (cf. Polyb. XX, 6, 7). Extremis Eumenis annis non iam Hicesium, sed Cleona Stratagi f. Pergamenum Aeginae iussu regis praefuisse, ex C. I. G. 2139*b* discimus. De synarchiis cf. Foucarti adnotationem ad hunc titulum; de scriptura *αἰσιμνᾶται* Megarensium colonorumque propria testimonia composui Sylloges 218 not. 2.

16 Fragmenta duo marmoris albi, inventa Megaris, in museum Britannicum intulit P. Clinton Viscount Strangford. *a* a dextra integrum, a reliquis partibus fractum, alt. 1′ 5″, lat. 6″. — *b* fractum undique, alt. 1′ 3¼″, lat. 6¼″. Ex Broendstedii apographo ed. Boeckh C. I. G. 1052*b* (Add. vol. I p. 920). Accuratius C. T. Newton *Greek Inscriptions in the British Museum* II p. 1 n. CXXXVI.

a

ϽΝΟΙΟΣ
ϽΞΕΤΑΙΠΟΛΕΙ
ΤΑΝΕΙΟΝΕΠΙΤ
ΝΑΥΤΟΙΣΕΚΕΧΕΙ
ΚΑΙΠΡΟΞΕΝΟΥΣ
ΙΩΝΑΔΙΟΝΥΣΑΝ
ΑΦΙΣΜΑΕΙΤΟΙΧ
ΕΔΙΩΝΙΩΝ

ΡΕΣΒΕΥΤΑΓΚΙ
ΩΝΟΙΝΟΠΙΩΝΟΣ
ΑΣΘΥΣΙΑΣΚΑΙ
ΔΙΑΛΕΓΟΜΕΝΟΥ
ΚΕΣΘΑΙΤΑΝΕΚΕ
ϽΣΚΑΙΑΝΑΝΕΩΣ
ΛΕΚΑΙΤΑΝΧΩΡ
ΤΩΝΚΑΙΑΣΥΛΟΙ
ΝΤΙΚΟΙΝ
ΟΥΜΕΝ
ΤΕΤΩ
Τ

b

Ι Ο Ν Υ Σ Ι Ϲ
Σ Ε Ν Κ
Κ Ε Χ Ε Ι Ρ
ΙΚΟΣΙΚΑΙΤΟΙΣ
ΡΑΙΩΝ
ΙΛΟΙΟΝΤΕΣΚ
ΣΟΙΝΟΠΙΩΝΑ
ΝΘΟΔΗΜΟΝΠ
ΣΤΕΙΡΟΥΚΑΙΤΟ
ΤΑΙΣΩΤΕΙΡΑΙ
ϽΥΝΚΑΙΤΑΝΠϹ
ΟΣΧΡΗΣΜΟΣ
ϽΥΣΤΟΙΣΕΝΤΟΙ
ΑΝΤΕΣΥΝΓΕ
ΑΤΑΠΡΟΓΕΓΡ
ΣΙΝΑΥΤΑΣΚΑΙΚ
ΙΠΕΠΟΙΕΙΜΕΝ
ΤΟΣΦΙΛΙΠΠ

Quae difficultates in his miseris laciniis tractandis priores editores torserunt, earum me quoque exiguam modo partem extricare potuisse non me fugit. De argumento sane paullo accuratius et certius iudicari posse confido, quam illi fecerint. Nam primum quidem apparet trium decretorum dialecto Dorica compositorum reliquias hic exstare (*a*, 1—8. *a*, 9—20. *b*), sed ea ab eadem civitate atque eadem de re lata esse, id quod cum vocabulo *ἐκεχειρία* in omnibus redeunte (*a*, 4. 13. *b*, 3), tum eiusdem legati Oenopionis nomine (*a*, 6. 10. *b*, 7) demonstratur. Porro ad ea quae alia quaedam civitas per legatos postulaverat, his decretis responderi manifestum est. Ac non modo *ἐκεχειρίας* vocabulum, quod in solemni actorum publicorum sermone non fere usurpatur nisi de indutiis feriarum causa institutis (cf. P. Graetzel de pactionum inter Graecas civitates factarum ad bellum pacemque pertinentium appellationibus, formulis, ratione. Halis 1885. p. 7), sed etiam alia vestigia (*θυσίας* *a*, 11. *ἄσυλο[ν]* *a*, 16. *χρησμός* *b*, 12) indicant, de sacris rebus hic agi summamque argumenti necessitudinem huic titulo cum eis intercedere, quibus sacra cum certaminibus coniuncta, quae civitas quaedam aut nova instituit aut instauravit aut amplificavit, rogatu illius ab aliis civitatibus probantur aut recipiuntur. Inprimis memorabilis in hoc genere est titulus Sylloges meae 215, decretum Aetolorum continens de Nicephoriis ab Eumene rege institutis, cuius ea potissimum, quae hic *a*, 9—16 scripta sunt, simillima fuisse videntur (cf. ibi vs. 5. 6 *κέκρικε [τιθέναι] ἀγῶνας καὶ θυσίας τᾷ Ἀθανᾷ τᾷ Νικαφόρῳ*, vs. 7. 8 *παρακαλεῖ δὲ καὶ τοὺς Αἰτωλούς — ἀποδέξασθαι τοὺς ἀγῶνας*, vs. 15 *ἀποδέχεσθαι δὲ καὶ τοὺς ἀγῶνας*, vs. 17 sq. *καὶ καθάπερ ὁ βασιλεὺς Εὐμένης ἀνα[καλεῖ] τὸ τέ[μενος τᾶς Ἀθα]νᾶς τᾶς Νικαφόρου τὸ ποτὶ Περγάμῳ ἄσυλο[ν] καθώς κα ὁρίξῃ, συναποδεδέχθαι καὶ τοὺς Αἰτω[λοὺς | ἄσυλον] εἶμεν*). Ut illic coniunctim de feriis recens institutis et de iure asyli agitur, sic hic quoque factum esse apparet.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΟΣ
ΝΙΚΙΑΣΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΕΥΦΡΟΝΙΟΥ
Ε ı | ı . ΝΙΟΣΑΡΙΣΤΕΟΣ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣΑ...ΩΝΟΣ
......ΣΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ
ΟΝΑΣΟΣΑΦΡΟΔΙΣΙΟΥ
ΕΥΦ...ΝΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣ
ΝΕΑΣΝΕΑΝΙΑ
ΠΑΛΛΕΑΣΠΑΛΛΕΑ
ΑΡΙΣΤΩΝΕΡΥΩΝΟΣ
ΜΝΑΣΙΘΕΟΣΘΕΔΩΡΟΥ
ΞΕΝΟΔΙΚΟΣΑΙ.ΛΛ.Δ.ΤΟΥ
Ε..ΥΚΛΕΙΔΑΣΠΟΥΛΥΔΑΜΑ
Ε..ΧΑΡΗΣΠ..ΛΥΧΑΡΕΟΣ
ΛΥΣΑΝΔΡΟΣΗΡΕΑ
ΑΥΤΟΛ.ΚΟΣΜΝΑΣΙΘΕΟΥ
......Α...ΟΚΛΕΟΣ
ΠΛΕΥΝΙΚΟΣΠΡΑΥΑΡΧΟΥ
ΕΥΝΟΜΟΣΣΩΠΑΤΡΟΥ
ΚΛΕΩΝΥΜΟΣΑΝΔΡΟΜΕΝΕΟΣ
ΖΩΠΥΡΟΣΜΕΝΕΚΡΑΤΕΟΣ

Ἄρχοντος Ὁμόφρ[ο]νος, | ἐν δὲ Ὀγχηστῷ Ἀριστοκλέος, | πολεμαρχούντων | Καλλία τοῦ Εὐπαλίνου, | Ἡρίωνος τοῦ Ἰάρωνος, | Διοκλείδα τοῦ Ἡρογείτου, | Ἀπολλοδώρου τοῦ Φιλωνίδα, | Πολυδώρου τοῦ Ἡρέα, | τοίδε | ἀπῆλθον ἐξ ἐφήβων | εἰς τὰ τάγματα· | Σωσικλῆς Χαιρίωνος, | Ἀριστοτέλης Ἀριστοτέλεος, | Νικίας Ἀπολλοδώρου, | Ἀπολλώνιος Εὐφρονίου, | Ε[ὐφρό]νιος Ἀριστέος, | Ἡρακλείδας Ἀ . . . ωνος, | . . . . . . ς Πολυστράτου, | Ὄνασος Ἀφροδισίου, | Εὐφ[ρίω]ν Ἀριστίωνος, | Νέας Νεανία, | Παλλέας Παλλέα, | Ἀρίστων Ἐρύωνος, | Μνασίθεος Θεδώρου, | Ξενόδικος Ἀ[πο]λλ[ο]δ[ό]του, | Ε[ὐρ]υκλείδας Πουλυδάμα, | Ἐ[πι]χάρης Π[ου]λυχάρεος, | Λύσανδρος Ἡρέα, | Αὐτόλ[υ]κος Μνασιθέου, | . . . . . . Ἀ[γαθ]οκλέος, | Πλεύνικος Πρα[τ]άρχου, | Εὔνομος Σωπάτρου, | Κλεώνυμος Ἀνδρομένεος, | Ζώπυρος Μενεκράτεος.

De aetate cf. quae dixi ad n. 27. Aristocles Boeotorum archon etiam in titulo Aegosthenitano n. 217 est. Vs. 31 malui lenissima medela Πρατάρχου restituere, praesertim cum etiam alia nomina a *πρᾶτος* descendentia Megaris inveniantur (Πρατίων Ἐφ. ἀρχ. III, 1887 p. 10 vs. 71, Πράτιχος supra n. 21), quam cum Foucarto inauditum nomen Πραυάρχου retinere.

---

29 Iuxta n. 28 in eodem lapide. Ex ectypo et apographo suo ed. P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 34*c*. Contulit Lolling.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΕ///////////
ΜΟΥΕΠΙΔΙΚΑΣΤΑ///////
ΠΟΡΟΥΓΥΜΝΑΣΙΑ/////
ΤΟΣΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥΤΟΥ////
ΚΛΕΙΔΑΕΦΗΒΟΙΟΙΔΕ
ΕΝΕΚΡΙΘΗΣΑΝ
ΦΙΛΙΣΤΟΣΕΥΠΑΛΙΝΟΥ
ΑΡΧΙΛΟΧΟΣΗΡΟΔΑ/////////
ΧΕΙΡΙΑΣΠΑΣΙΩΝΟ⁻
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣ
ΚΑΛΛΙΝΑΣ....ΕΛΛΙΔΑ
ΜΑΤΡΩΝΔ....\ΧΑΡΕΟΣ
Ε..ΤΡΑΤΟΣΕΡΑΣ.ΚΛΕΙΔΑ
ΠΕΡΙΓΕ///ΝΗΣ....ΕΙΔ...
ΚΑΛΛΙ///ΑΔΑ.ΜΝΑΣΙΘΕΟΥ
ΑΠΕΛΛΕΑΣΣ.ΛΣΩΝΟΣ
ΕΥ[ΒΑ]ΤΟΣΜΕ...ΛΟΥ
ΜΕΛΙΣΣΙΩΝΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ
ΑΡΙΣΤΕΑΣΔΙΟΔΩΡΟΥ
ΕΥ[ΚΛΕ]ΩΝ....ΛΕΙΔΑ
ΖΩΤΙΧΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΗΡΑΚΛΕΙ...
........ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
.......ΙΔΑΣΟΝΑΣΙΜΟΥ
ΜΕΝ..ΤΡΑΤΟΣ...........
....
.......ΑΤΟΣΕΙ..ΝΙΩΝΟΣ
...............ΟΚΛΕΟΣ
...ΘΙΑΣΕΡΙΜΝΟΥ
ΑΡΙΣΤΟΝΙΚΟΣΑΡΙΣΤΟΝΙΚΟΥ
ΜΑΤ...ΩΡΟΣΜΝΑΣΩΝΟΣ
Δ...........ΥΑΝΔΡΟΥ
ΞΕΝΩΝΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΚΛΕΟΝΙΚΟΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣ

Uncis inclusi, quae Foucartus habet, cum Lollingius non iam invenerit in lapide. Qua in re commemorandum est, vs. 17 Lollingium ΕΥΙ////////ΤΟΣ legisse, maiore intervallo, quam ut unam modo litteram et dimidiatam periisse statuas. Quare nescio an ΕΥ[ΚΡΙ]ΤΟΣ potius fuerit. Vs. 20 idem adnotat, quintam litteram fortasse Σ potius quam Ε fuisse.

Ἐπὶ γραμματέ[ος τοῦ δά]|μου Ἐπιδικαστᾶ [τοῦ Εὐ]|πόρου, γυμνασια[ρχοῦν]|τος Ἡρακλείτου τοῦ [Διο]|κλείδα, ἔφηβοι οἵδε | ἐνεκρίθησαν· | Φίλιστος Εὐπαλίνου, | Ἀρχίλοχος Ἡροδά[μου,] | Χειρίας Πασίωνο[ς,] | Ἀπολλόδωρος Ἀριστίωνος, | Καλλίνας . . . . ελλίδα, | Ματρώνδ[ας Λ]αχάρεος, | Ε[ὔσ]τρατος Ἐρασ[ι]κλείδα, | Περιγένης [Εὐκλ]είδ[α,] | Καλλιάδα[ς] Μνασιθέου, | Ἀπελλέας Μ[νά]σωνος, | Εὔβατος (? cf. var. lect.) Με[γύλ]λου, | Μελισσίων Ἡρακλείτου, | Ἀριστέας Διοδώρου, | Εὐκλέων [Διοκ]λείδα, | Ζώτιχος Διονυσίου, | Διονύσιος Ἡρακλεί[του,] | . . . . Ἀπολλοδώρου, | . . . . ίδας Ὀνασίμου, | Μεν[έσ]τρατος . . . ., | . . . ., | . . . . ατος Εἰ[ρα]νίωνος, | . . . . οκλέος, | . . . θίας Ἐρίμνου, | Ἀριστόνικος Ἀριστονίκου, | Ματ[ρόδ]ωρος Μνάσωνος, | Δ[. . . . . Ε]ὐάνδρου, | Ξένων Ἀρίστωνος, | Κλεόνικος Ἀρίστωνος.

Hic quoque titulus cum eis qui proxime insequuntur eius aetatis est, qua Megarenses Boetorum foederis participes erant (a. 223—192 a. Chr.). In praescriptis restituendis Foucartum sequendum non iudicavi, qui scripsit Ἐπὶ γραμματέ[ος . . . .]|μου, ἐπὶ δικαστᾶ . . . . |γόνου, γυμνασια[ρχοῦν]|τος Ἡρακλείτου κτλ., et ex iudicis mentione coniuncta cum verbo ἐνεκρίθησαν collegit, ephebos *in iudicio* probatos esse. At in ἐγκρίνειν vocabulo iudicii notio non aliter inest, quam ubique ubi quid eligitur aut probatur; quare iudicem illi epheborum probationi interfuisse ex hoc certe verbo non iure colligas. Ipsa vero Foucarti sententia duplicem habet gravissimam offensionem: Primum

nusquam apud Graecos unus iudex invenitur qui magistratu aliquo fungatur ita ut eius nomen litteris publicis praescribi soleat; deinde vero haec anaphora praepositionis ἐπί, praesertim sine particula δέ, a sermone sollemni abhorret; exspectaveris ex more Ἐπὶ γραμματέος τοῦ δεῖνος, δικαστᾶ δὲ τοῦ δεῖνος. Denique in titulo 31 ceteroquin simillimo scribae modo et gymnasiarchi nomina praemittuntur. Quibus difficultatibus ut me expedirem, nomen proprium agnovi, quod ipsum quidem nusquam praeterea invenitur, sed aliorum similitudine defenditur. Etenim vi ac notione prope accedit ad talia, qualia sunt Λόχαγος, Στράταγος, Πολέμαρχος, forma autem ad Ποριστής, quod item rarissimum est, sed certum (Harpocratio s. v. Ἀσπασία).

---

30 Megaris ante deversorium Epaminondae Vlakos. Ex ectypo et apographo suo ed. P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 34*d*. Periisse videtur.

ΠΥΘΟΔΩΡΟΣΠΥ . . . ΛΕΙΔΑ
ΑΓ . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Α . . . ΤΑΣΔΩΡΟΘΕΟΥ
Μ . . . . ΝΗΣΚΑΠΙΣΟΥ
Α . . . ΙΑΣΔΙΩΝΟΣ
ΘΕ . . . ΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣΑΡ . . . ΑΡΧΟΥ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
ΘΡΑΣΥΜΑΧΟΣ . Υ . . . .

Vs. 1. 2 Πυθόδωρος Πυ[θοκ]λείδα, | Ἀγ . . . . . .

Vs. 6 sqq. Ἀ[μύν]τας Δωροθέου, | Μ . . . . νης Καπίσου (?), | Ἀ . . . ίας Δίωνος, | Θέ[δωρ]ος Διονυσίου, | Ἀριστοφάνης Ἀρ[ιστ]άρχου, | Ἡρακλείδας Ἀπολλοδώρου, | Θρασύμαχος . υ . . . .

---

31 Infra n. 30 in eodem lapide. Ex ectypo et apographo suo ed. P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 34*e*. Periisse videtur.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΕΟΣΤΩΝΣΥΝΕΔΡΩΝ
ΑΛΚΙΔΑΜΟΥΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΥΝΤΟΣΔΕ
ΕΝΟΛΥΜΠΙΕΙΩΙΜΑΤΡΟΞΕΝΟΥ
ΤΟΥΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥΕΦΗΒΟΙΟΙ
ΔΕΕΝΕΚΡΙΘΗΣΑΝ
ΕΡΜΑ . ΙΛΟΣ
ΔΙΝ . . . . . .
ΦΙΛΩΝ
ΑΘΑΝΑΔΑΣ
ΜΝΑΣΙΩΝ
ΑΓΑΘΟΚΛΗΣ
ΑΓΗΜΩΝ
ΔΙΟΝΥΣ . . .

Ἐπὶ γραμματέος τῶν συνέδρων | Ἀλκιδάμου, γυμνασιαρχοῦντος δὲ | ἐν Ὀλυμπιείῳ Ματροξένου | τοῦ Ἀπολλοδώρου, ἔφηβοι οἵ|δε ἐνεκρίθησαν· | Ἑρμά[φ]ιλος, | Δ[ιν]ίας], | Φίλων, | Ἀθανάδας, | Μνασίων, | Ἀγαθοκλῆς, | Ἀγήμων, | Διονύσ[ιος].

---

32 Iuxta titulos 30 et 31 a dextra in eodem lapide erant duae columnae quas dicunt nominum, sed ex eis perpauca legi poterant. Ed. P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 34*f*.

Εὐφρόνιος Πασίων[ος]
Ἡρακλείδας Ἡ . . . . . .

33 Megaris in lapide. Cyriacus p. XVII n. 123. Ex suis schedis Muratori T. II p. DLXXI. 3 (Boeckh C. I. G. 1082). Periisse videtur.

ΓΕΟΡΓΕΩΕΣΥΩΝ
ΣΑΤΥΡΟΣΦΙΛΙΠΠΟΣ
ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣΦΙΛΙΠΠΟΥ
ΦΩΚΙΑΔΗΣΤΕΙΣΙΟΥ
ΚΑΛΛΕΝΙΚΟΣΕΥΘΥΜΟΥ

Var. lect. Vs. 1 fin. ΕΝΕΣΤΩΗ Muratori.

[Οἵδ]ε ὀργεῶ[ν]ες [τ]ῶν [θεῶν·]
Σάτυρος Φιλίππο[υ]
Φιλοκράτης Φιλίππου
Φωκιάδης Τεισίου
Καλλένικος Εὐθύμου.

Primum versum restituere conatus sum. Boeckhius ibi quoque proprium nomen agnoscere sibi visus est, cum scriberet Γε[ώ]ργ[ιος Ε]ὐωνύ[μου]. Sed haec supplendi ratio aliquanto violentior est, quam mea, neque nomen quod est Γεώργιος huius tituli aetate iam usitatum fuisse putaverim. Nam eum, maxime propter accuratam vocalium ῑ et ει distinctionem, imperatorum Romanorum dominatione antiquiorem existimo. Nomina deorum addi non necesse fuit, quia in eorum delubro lapidem collocatum fuisse probabile est.

---

34 Megaris. Ed. Pouqueville Itin. T. IV p. 128 (Boeckh C. I. G. 1083). Paullo accuratius exscripsit Mustoxydis, cuius ex apographo lectiones discrepantes enotavit K. Keil Mus. Rhen. N. S. XIV (1859) p. 496.


ΙϹΥϹ
ΕΥΜΟΛΠΟ
ΝΕΙΚΩΝΟϹ
ΝΕΙΚΙΑϹ
ΕΡΜΕΙΟΥ
ΑΦΡΟΔΕΙΤΟΙ
ΕΙϹΙΔΩΡΟΥ
ΕΡΜΟΓΕΝΗ
ΕΡΜΕΙΟ

Var. lect. Ϲ ubique Must., Σ Pouq. Praeterea Pouq. vs. 1 ΣΩ . ΥΣ || Vs. 6 in. idem ΔΕΙΤΟΝ (fuit sine dubio ΟϹ) || Vs. 8 ΕΡΜΙΕΙΟ.

. . . .
. . . . ους
Εὔμολπο[ς]
Νείκωνος
Νεικίας
Ἑρμείου
[Ἐπ]αφρόδειτο[ς]
Εἰσιδώρου
Ἑρμογένη[ς]
Ἑρμείο[υ].

De Nicia et Hermogene Hermiae filiis cf. quae adnotavi ad titulum 102. Inde apparet, hoc catalogi fragmentum Hadriani aetate non esse antiquius. Cuius generis hominum recensum hic habeamus, incertum est, sed putaverim epheborum esse.

35 Titulus grandibus litteris incisus in lapide rudi, in Megaridis vico *Mazi* sito sub ruderibus montium *Makri-plagi*. Ed. Lebègue de oppidis Megaridis p. 37 (P. Foucart *Bulletin de correspondance Hellénique* II (1878) p. 515. Roehl I. G. A. 11. A. Kirchhoff *Studien zur Geschichte des griech. Alphabets* ed. 4 p. 112. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 n. 100. E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 139 n. 113).



Ἀπόλλωνος | Λυκείω.

---


36 Basis marmoris albi, inventa Megaris. Ex Trézelii apographo editus est titulus *Expédition de Morée* III p. 69 n. 18. Deinde lapis translatus est Aeginam in orphanotropheum, ubi exscripsit Lebas, qui edidit *Inscr.* II 25; notas adiecit Foucart.

ΜΟΥΣΩΝΚΑΙΘΕΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΚΑΙΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΘΕΟΥΥΙΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΜΟΥΣΕΙΟΥ

Μουσῶν καὶ Θεοῦ Καίσαρος | καὶ Αὐτοκράτορος Καίσαρος | Θεοῦ υἱοῦ Σεβαστοῦ | Ἀπόλλωνος Μουσείου.

Corinthi quoque (Lebas *Inscr.* II 89) et Alabandis (Lebas-Waddington *Inscr.* III 549) Caesarem Augustum Apollinis nomine divinis honoribus affectum esse adnotavit Foucart.

37 Tabella ahenea inventa in horto sito sesquihorae intervallo ab oppido Megarensium in eam regionem, quae spectat inter septentriones et occidentem solem. A dextra et a sinistra aes fractum est, sed ita ut tamen utrimque exstent anguli inferiores. Prope sinistrum angulum inferiorem foramen rotundum, cui alterum respondebat in angulo dextro, cuius vestigia exstant. Ed. D. Korolkow *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* VIII (1883) p. 181 n. 1 (inde repetiverunt A. Kirchhoff *Studien zur Gesch. d. griech. Alphabets* ed. 4 p. 113. E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 139 n. 113 *a*).



[Τ]οίδ' ἀπὸ λα[ία]ς τὰν δεκάτα[ν] ἀνέθηκαν Ἀθ[ά]νᾳ.

Quum haec verba versum hexametrum efficere appareat, certe non *λαΐας* legendum est, sed aut *λαίας* aut *λᾴας*. Utrum praestaret, iam Ahrensius Diall. II p. 142 dubitavit, neque facile diiudicatur. Nam ut apud Iones et Atticos *λῄα* et *λεία* inveniuntur, sic apud Dorienses et *λᾴα* et *λαία* usitatum fuisse potest. Nomina eorum qui dedicaverant infra tabulam aheneam in ipsa basi lapidea incisa fuisse coniecit editor haud improbabiliter.

---

38 Duo lapides, a. 0,28, c. 0,80, alter (*a*) l. 1,27, alter (*b*) l. 1,26, qui cum aliis eiusdem formae, sed litteris carentibus, inventi sunt Megaris ante domum Christi Penkos, sitam ad radices septentrionales collis occidentalis, in campo, eo loco qui dicitur *Kamari*. Prior versus multo maioribus litteris exaratus. Ed. E. Loewy *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* X (1885) p. 148.

a | *b*

Θ Η Ρ Α Μ Ε Ν Η Σ Τ Ι Μ Ο | Ξ Ε Ν Ο Υ Α Ν Ε Θ Η Κ Ε
ΛΥΣΙΓΓΟΣΕΓΟΙΕΙ

Θηραμένης Τιμοξένου ἀνέθηκε. | Λύσιππος ἐποίει.

Nullam esse satis gravem causam, cur artificem diversum iudicaremus a nobilissimo illo Lysippo Sicyonio, Loewyus accurata disputatione probavit. Quare sub finem quarti a. Chr. saeculi titulum incisum esse veri simillimum est, qua aetate Lysippum etiamtum inter vivos fuisse et artem statuariam exercuisse scimus (Loewy *Inschr. der griech. Bildhauer* p. 74. 95. 318. 384).

---

39 Lapis fractus supra et a dextra parte, a. 0,22, l. 0,72, gradus vice fungens Megaris in ecclesia S. Demetrii ante portam quae spectat inter meridiem et orientem solem. Ed. D. Korolkow *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* VIII (1883) p. 189 n. 3. Nunc frustulum *a* periit, reliqua contulit Lolling.

a
ΑΓ | ΟΛΛΩΝΙΓΡΟΣΤΑΤΗΡΙΩΙΘΕΑΡΟΙΑΝΕΘΗΚ
ΜΕΛΙΔΩΡΟΣΗΡΟΔΩΡΟΥ ΑΙΣΧΥΛΟΣΕΥΚΛΕΙΔΑ
ΗΡΕΑΣΑΛΕΙΟΥ ΕΡΙΜΝΟΣΘΕΟΜΝΑΣΤΟΥ
ΓΑΝΙΣΘΟΚΛΕΙΔΑ ΔΙΟΚΛΕΙΔΑΣΚΛΕΙΜΗΛΟΥ
ΑΥΛΙ////////////ΑΣΑΓΛΩΝΙΚΟΣΟΝΥΜΑ

Ἀπόλλωνι Προστατηρίῳ θεαροὶ ἀνέθηκ[αν]
Μελίδωρος Ἡροδώρου   Αἰσχύλος Εὐκλείδα
Ἡρέας Ἀλείου   Ἔριμνος Θεομνάστου
Πάνις Θοκλείδα   Διοκλείδας Κλειμήλου
αὐλ[ητ]ὰς Ἀγλώνικος Ὀνυμᾶ.

Et hic titulus et n. 40 initio saeculi a. Chr. tertii incisi sunt. Nam hic inter theoros est Erimnus Theomnasti f., qui in plebiscitis n. 12. 13 praetoris munere fungens commemoratur, illic vero Amphias Smachi f., quem fratrem fuisse probabile est Antiphili praetoris (n. 8. 9. 10. 11). Vocem θεαροί hic non, ut plerumque apud Graecos, legatos publice ad sacra solemnia alius civitatis missos significare manifestum est; immo Megarenses sunt qui deo Megarensium aliquid dedicant. Quare magistratum hic significare debet illa vox, quae res rara quidem sed non inaudita est; Mantineae θεωροί inter magistratus recensentur apud Thucydidem V, 47, Tegeae θεαροί apud Xenophontem Hell. VI, 5, 7, Naupacti vero vel eponymus civitatis magistratus θεαρός erat (C. I. G. 1758. 2351). Apud Megarenses quaenam eorum officia fuerint, latet; sed his dedicationibus sacrificium ansam dedisse, quod quotannis populi nomine Apollini faciebant, ex addita tibicinis mentione conieceris.

Apollinis Prostaterii templum in urbe prope forum situm commemorat Pausanias I, 44, 2.

Scripturam Θοκλείδα cave ad errorem lapicidae rettuleris. Nam etsi paucos abhinc annos nullum dum huius generis exemplum notum erat, nunc ex indice illo Megarensium arbitrorum Epidaurio (Ἐφ. ἀρχ. III, 1887 p. 10) quid rei esset didicimus. Etenim ibi passim quidem nominum a θεός stirpe incipientium integrae formae leguntur (Θεόγνειτος vs. 90. Θεόδωρος vs. 74. 77. 79. 89. 90. Θεόξενος vs. 50), sed ubicunque omnino hyphaeresis vocalis admittitur, constanter ea lex tenetur, ut ante simplicem consonam Θε-, ante duplicem Θο- sit. (Θέγειτος Δίωνος vs. 58. 59. Ἀπελλέας Θεγείτου vs. 42. Θέδωρος Ἀμφινίκου vs. 45. Θέδωρος Καλλιγείτου vs. 39. Θέδωρος Πυθίωνος vs. 60. — Θόγνειτος Ἀμφικράτεος vs. 63. Θοκλείδας Φιλοτίμου vs. 55. Εὐθυμίδας Θοκλείδα vs. 78. Θοκρίνης Διογένεος vs. 64. Διογένης Θοκρίνεος vs. 54. Διοκλείδας Θοκρίνεος vs. 63). Atque in universum quidem eadem lex etiam in Megarensium ipsorum titulis servatur (Θέγειτος n. 209. Θέδωρος n. 1. 2. 4. 5. 6. 7. 27. 28. 30. 56. 188. Θέτιμος n. 209. — Θοκλείδας n. 39. Θοκλῆς n. 40). Sed unum sane exstat exemplum neglecti illius discriminis, in duobus eiusdem lapidis titulis n. 12. 13, qui Θέμναστος exhibent.

---

40 Lapis leucophaeus, a. 0,14, l. 0,96, inaedificatus Megaris in muro cellae alicuius. Posteriore tempore lapide in alium usum vocato tituli 64. 65 incisi sunt. Edd. Pococke Inscr. ant. P. I c. 5 s. 7 p. 63 n. 5 (Boeckh C. I. G. 1070); accuratius D. Korolkow *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* VIII (1883) p. 189 n. 4. Exscripsit Lolling.

ΠΡΟΣΤΑΤΗΡΙ///ΙΘΕΑΡΟΙΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΟΣΜΑΤΡΟΚΛΕΟΣ   ΑΓΕΑΣΠΑΣΕΑ
ΝΟΥΡΓΟΥ   ΘΟΚΛΗΣΔΕΞΩΝΟΣ
ΛΚΙΑ   ΑΜΦΙΑΣΣΜΑΧΟΥ
ΚΑΛΛΕΥΤΑ   ΑΥΛΗΤΑΣΑΓΛΩΝΙΙΟΞΟΝΥΜΑ

[Ἀπόλλωνι] Προστατηρί[ω]ι θεαροὶ ἀνέθηκαν
. . . . ος Ματροκλέος   Ἀγέας Πασέα
. . . . νούργου   Θοκλῆς Δέξωνος
[. . . . . Ἀ]λκία   Ἀμφίας Σμάχου
. . . . Καλλεύτα   αὐλητὰς Ἀγλώνι[κ]ος Ὀνυμᾶ.

De aetate et argumento ac de scriptura nominis Θοκλῆς (vs. 3) vide quae adnotavi ad titulum 39.

---

41 Lapis, a. 0,39, l. 0,21, inventus in parietinis domus aetate recentiore exstructae. Latus utrumque laevigatum, planicies superior et postica non item; in superficie foramen. Ed. D. Korolkow *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* VIII (1883) p. 191 n. 5.

ΔΑΜΙΟΡΓΟΙΑΦΡΟΔΙΤΑΙ
ΕΥΑΝΔΡΟΣΝΙΚΟΛΑ
ΔΕΚΑΝΩΝΔΙΟΚΛΕΙΔΑ
ΠΟΛΥΒΙΣΜΥΡΤΙΛΟΥ
ΔΙΩΝΕΛΛΑΝΙΚΟΥ
ΝΙΚ⌒ΝΕΥΚΤΗΜΟΝΟΣ
ΓΡΑΜ.ΑΤΕΥΣ
ΧΕΡΡΙ///ΣΠΥΘΟΔΩΡΟ///

Δαμιοργοὶ Ἀφροδίτᾳ | Εὔανδρος Νικόλα, | Δεκάνων Διοκλείδα, | Πολύβις Μυρτίλου, | Δίων Ἑλλανίκου, | Νίκων Εὐκτήμονος· | γραμ[μ]ατεὺς | Χερρί[α]ς Πυθοδώρο[υ].

Damiorgorum magistratus indicat, rempublicam Megarensium tum, cum haec incisa sint, ad exemplar civitatium Achaicarum constitutam fuisse; de numero cf. quae exposui ad titulum 1. Bis Achaeorum foederis participes fuisse Megarenses, primum ab eo tempore, quo Aratus Corinthum Macedonum dominatione liberaverat (a. 242 a. Chr.), usque ad annum 223 a. Chr., quo ad Boeotos transierunt, deinde ab anno 192 a. Chr. usque ad funestum foederis Achaici interitum (a. 146 a. Chr), constat. Sed priori aetati hanc dedicationem vindicandam esse ex litteratura comparata cum eis titulis qui initio alterius a. Chr. saeculi incisi sunt (n. 15. 21) apparet. Veneris duo templa Megaris fuisse, alterum Ἐπιστροφίας in arce Caria (Paus. I, 40, 6), alterum Πράξιος iuxta fanum Bacchi (Paus. I, 43, 6) monuit Korolkow.

42 Marmor leucophaeum, a. 0,28, l. 0,49, inaedificatum Megaris ad domum privatam quam possidet Μεγακλῆς Παπακωνσταντάκου. Litterae altae 0,004, versuum intervalla 0,007. Ed. Ch. Bayet *Revue archéologique* N. S. XXX (1875) p. 19. Lapide denuo collato nonnulla addidit N. Novosadski 'Εφ. ἀρχ. περ. III, 1885 p. 127. Plura etiam, quae utrumque illorum fugerunt, Lollingius adiecit.

ΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΤΟΝΝΑΟΝ
ΕΠΕΣΚΕΥΩΣΑΝ
Τ.ΡΨΙΩΝΜΑΤΡΟΔΩΡΟΥ
¯ΙΜΟΞΕΝΟΣΜΑΤΡΟΔΩΡΟΥ
Μ=ΛΑΝΘΟΣΑΘΑΝΟΔΩΡΟΥ
ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣΑΣΚΛΑΠΩΝ///////////
ΠΟΥΛΥΑΣΜΕΛΙΣΣΙΩΝΟΣ
.ΝΑΞΙΜΕΝΗΣΣΑΜ///ΩΝΔΑ
.ΝΦΙΚΛΗΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣΗΡΑΚΩΝΟΣ
ΘΕΩΝΙΧΟΣΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
ΔΙΟΚΛΕΙΔΑΣΠΑΣΙΩΝΟΣ
ΕΥΞΕΝΟΣΑΜΥΜΟΝΟΣ
ΠΑΣΙΩΝΜΕΛΙΣΣ///ΩΝΟΣ
ΦΙΛΩΝΑΠΟΛΛ..ΙΔΑ
ΘΕΩΝΔΙΟΔΩΡΟΥ
ΕΥΔΑΜΟΣΜΑΤΡΟΔΩΡΟΥ
ΘΗΒΑΔΑΣΝΟΜΙΑΔΑ
ΑΠΕΛΛΕΑΣΙΠΠΩΝΟΣ
ΑΛΚΙΑΣΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ
ΕΥΞΙΑΣΠΡΑΣΙΩΝΟΣ
ΒΟΣΠΩΝΙΠΠΩΝΟΣ
ΙΕΥΞΙΣΑΠΕΛΛΕΑ
ΑΓΑΘ.ΝΥΜΟΣΡΟΔΩΝΟΣ
ΠΑΡΜΕΝΩΝΕΥΠΑΛΙΝΟΥ
ΙΩΠΥΡΟΣΠΙΣΤΟΥ
ΑΡΙΣΤΩΝΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ
ΤΙ///ΕΑΣΠΟΛΥΧΑΡΕΟΣ
ΙΡ///ΝΙΣΚΑΛΛΙΑ
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ
......ΔΩΡΟΣΑΜΦΙΑΡΙΔΑ
.......ΝΙΚΩΝΟΣ
ΝΙΚΩΝΔΙΟΝΥΣΟΔΟΤΟΥ
ΜΥΡΤΙΛΟΣΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ
ΠΑΓΧΑΡΗΣΚΙΣΣΟΥ
ΦΙΝΤΩΝΑΣΤΕΡΙΩΝΟΣ
ΣΙΛΑΝΙΩΝΘΕΩΝΙΧΟΥ
ΔΙΟΔΩΡΟΣΜΑΤΡΙΟΣ

Vs. 8 nulla evanuit littera, sed locum lapidis iam tunc laesum vacuum reliquit lapicida.

Τῷ 'Απόλλωνι τὸν ναὸν | ἐπεσκεύωσαν
Τ[ε]ρψίων Ματροδώρου
[Τι]μόξενος Ματροδώρου
Μέλανθος 'Αθανοδώρου
'Ηράκλειτος 'Ασκλάπων[ος]
Πουλύας Μελισσίωνος
['Α]ναξιμένης Σαμώνδα
['Α]νφικλῆς 'Αρίστωνος
Μενεκράτης 'Ηράκωνος
Θεώνιχος 'Απολλοδώρου
Διοκλείδας Πασίωνος
Εὔξενος 'Αμύμονος
Πασίων Μελισσ[ί]ωνος
Φίλων 'Απολλ[ων]ίδα
Θέων Διοδώρου
Εὔδαμος Ματροδώρου
Θηβάδας Νομιάδα
'Απελλέας Ἵππωνος
'Αλκίας 'Ηρακλείτου
Εὐξίας Πρασίωνος
Βόσπων Ἵππωνος
Ζεῦξις 'Απελλέα
'Αγαθ[ώ]νυμος 'Ρόδωνος
Παρμένων Εὐπαλίνου
Ζώπυρος Πίστου
'Αρίστων Καλλιστράτου
Τι[μ]έας Πολυχάρεος
Ἶρ[α]νις Καλλία
'Απολλόδωρος 'Ηρακλείτου
['Απολλό]δωρος(?) 'Αμφιαρίδα
[Πανέας] Νίκωνος
Νίκων Διονυσοδότου
Μυρτίλος 'Ηρακλείτου
Παγχάρης Κίσσου
Φίντων 'Αστερίωνος
Σιλανίων Θεωνίχου
Διόδωρος Μάτριος.

Proximis post medium saeculum a. Chr. tertium decenniis hanc dedicationem factam esse apparet collato titulo cum indice arbitrorum Megarensium Epidauri invento ('Εφ. ἀρχ. III, 1887 p. 10). Nam is cum praescripto Aegialei praetoris Achaeorum nomine, tum toto argumento indicat, arbitrium illud de finibus Corinthiorum et Epidauriorum ad Megarenses delatum esse ea aetate, qua omnes hae civitates foederi Achaeorum interessent. Neque vero de eis temporibus, quibus Megarenses a Boeotis defecerunt ac rursus se ad Achaeos applicaverunt (a. 192—146 a. Chr.), cogitare licet multis de causis. Restat igitur ut annorum 242—223 terminis illius tituli originem circumscribamus. Atqui aetate supparem esse, quem hic edimus, iam illius editor Stais coniecit, neque dubitari potest nominibus quae utrobique sunt diligenter collatis. Tres homines qui hic sunt, illic redeunt: 'Ηράκλειτος 'Ασκλάπωνος vs. 41, Τιμέας Πολυχάρεος vs. 34, Ζώπυρος Πίστου vs. 26. Quartus accedit Πανέας Νίκωνος vs. 64, cuius nomen Stais coniecturam secutus hic v. 32 reposui. Deinde illic vs. 81 'Ηράκλειτος 'Απολλοδώρου est, hic vs. 30 'Απολλόδωρος 'Ηρακλείτου, pater sine dubio cum filio. Etiam quod illic coniunctim commemorantur 'Απολλωνίδας Εὐφρονίου, Εὐφρόνιος Φίλωνος vs. 80, hic vero Φίλων 'Απολλωνίδα est vs. 15, arctissimam inter hos tres homines necessitudinem indicare videtur. Quod pleraque patrum nomina, quae hic legimus, etiam illic inveniuntur, ei rei in universum quidem propterea non multum tribuendum est, quia pleraque ex eis, velut 'Απολλόδωρος, 'Ηράκλειτος, Ἵππων, Καλλίας admodum volgaria sunt. Sed quod hic Διόδωρος Μάτριος, illic vs. 32 'Αριστοκλῆς Μάτριος, hic Τερψίων, Τιμόξενος, Εὔδαμος Ματροδώρου, illic vs. 63 Καλλίων Ματροδώρου, hic Διοκλείδας Πασίωνος, illic vs. 37. 39. 46 Εὐάρ[ατος], Καλλίας, Τιμέας Πασίωνος sunt, hos fratres esse si non certum at valde probabile est.

Apollo utrum 'Αρχηγέτης intellegendus esset (Paus. I, 42, 5) an Προστατήριος (Paus. I, 44, 2. tit. 39. 40), definiri non posse recte dixit Bayetus. Idem Doricae verbi formae σκευοῦν pro σκευάζειν duo affert exempla, ex titulo Megarico n. 17 [κατ]εσκευώθ[η], et ex Theraeo C. I. G. 2448 κατασκευωθῇ. Quibus addi potest decretum Argivum Lebas-Foucart *Inscr.* II 116*a*, ubi identidem repetuntur κατασκευωθῆναι, κατασκευωθῇ, κατασκευωθῶσιν.

43 In eodem lapide ac n. 10, ad dextram illius tituli. Ex apographo et ectypo suo ed. P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 25*a*.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΝΑΤΙΘΗΣΙΝΑΡΕΤΗΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΥΠΟΣΕΙ
ΔΩΝΙΩΙΚΑΙΤΩΙΚΟΙΝΩΙΤΩΝΑΙΓΟΣΘΕΝΙΤΩΝ
ΤΟΥΚΗΠΟΥΤΟΗΜΥΣΥΑΓΟΡΑΣΑΣΑΠΑΡΑ
ΤΩΝΑΙΓΟΣΘΕΝΙΤΩΝΔΡΑΧΜΩΝΧΙΛΙΩΝ
ΤΟΠΡΟΣΘΑΛΑΣΣΑΝΚΑΙΠΟΕΙΤΕΜΕΝΟΣ
ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΟΝΤΟΥΔΕΤΕΜΕΝΟΥΣΤΟΥΤΟΥ
. . . . ΦΟΡΟ . Λ . . . . ΝΟΝ . . ΣΟΙ
ΑΙΓΟΣΘΕΝΙΤΑΙΠΡΟΣΤΙΘΕΤΩΣΑΝΠΡΟΣΤΟ
Α . ΓΥ . ΙΟ . . ΟΕΙΣΤΗΝΘΥΣΙΑΝ . ΝΑΛΙΣΚΟ
ΜΕΝΟΝΗ . . ʼΤΟΙΕΨΗΦΙΣΜΕΝΟΙΕΙΣΙΝ
ΘΥΕΙΝΠΟΣΕΙΔΩΝΙΩΙΚΑΙΠΡΟΣΤΟΝΑΓΩΝΑ
ΤΟΝΤΙΘΕΜΕΝΟΝΕΝΤΗΙΘΥΣΙΑΙΤΗΙΠΟΣΕΙ
ΔΩΝΙΟΥΚΑΙΠΟΙΟΥΝΤ . . ΑΝΤΗΝΤΕΘΥΣΙΑΝ
ΚΑΙΤΟΝΑΓΩΝΑΛΑΜΠΡΟΤΕΡΟΝ

Ἀγαθῆ τύχῃ. | Ἀνατίθησιν Ἀρέτη Ἀριστάνδρου Ποσει|δωνίῳ καὶ τῷ κοινῷ τῶν Αἰγοσθενιτῶν | τοῦ κήπου τὸ ἥμυσυ, ἀγοράσασα παρὰ | τῶν Αἰγοσθενιτῶν δραχμῶν χιλίων, | τὸ πρὸς θάλασσαν, καὶ ποεῖ τέμενος | Ποσειδώνιον. τοῦ δὲ τεμένους τούτου | [τὸν γιγνόμενον] φόρο[ν] λ[αμβά]νον[τε]ς οἱ | Αἰγοσθενῖται προστιθέτωσαν πρὸς τὸ | ἀ[ρ]γύ[ρ]ιο[ν τ]ὸ εἰς τὴν θυσίαν ἀν[α]λισκό|μενον, ἥ[ν α]ὐτοὶ ἐψηφισμένοι εἰσὶν | θύειν Ποσειδωνίῳ καὶ πρὸς τὸν ἀγῶνα | τὸν τιθέμενον ἐν τῇ θυσίᾳ τῇ Ποσει|δωνίου, καὶ ποιούντ[ωσ]αν τήν τε θυσίαν | καὶ τὸν ἀγῶνα λαμπρότερον.

Argumentum huius tituli gravissimis dubitationibus obnoxium est. Nam quod vs. 6. 7 legitur τέμενος Ποσειδώνιον, id per leges sermonis Graeci non potest aliter accipi, quam ut significet locum sacratum Neptuno. Atqui per totum titulum is cui ille ager dedicatur, Ποσειδώνιος vocatur. Quam nominis formam pro Ποσειδῶν usitatam fuisse nullo certe alio testimonio constat. Nam quod apud Sophoclem Oed. Col. 1494 legitur ἐναλίῳ Ποσειδαονίῳ θεῷ, etsi satis inusitate dictum est, tamen nequaquam sufficit ad vindicandum substantivum nominis Ποσειδώνιος usum. Quare Foucartus maluit hominem intellegere, cui Posidonio nomen fuisset. At ex eis quae affert, ut probet iam tertio a. Chr. saeculo, cui hic titulus propter litteraturam tribuendus est, homines divinis honoribus affici solitos esse, pleraque non satis idonea sunt. Neque enim inde, quod solemnia quaedam honoris hominis cuiusdam causa celebrantur et eius nomine significantur, statim sequitur, illi homini ipsi sacra facta esse. Veluti quae ipse primo loco nominat Alcesippea Delphorum, de eis in titulo apud Wescher-Foucart 436 haec leguntur: ἀνέθηκε Ἀλκέσιππος | Βουθήρα Καλυδώνιος τῷ θεῷ καὶ τᾷ πόλει τᾷ Δελφῶν χρυσοῦς ἑκατὸν τρι|άκοντα καὶ ἀργυρίου μνᾶς εἴκοσι δύο στατῆρας τριάκοντα, εἴ τι κα πάθῃ | Ἀλκέσιππος, ὥστε θυσίαν καὶ δαμοθοινίαν συντελεῖν τὰν πόλιν τῶν Δελφῶν | τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ κατ' ἐνιαυτόν, ποτονομάζοντες Ἀλκεσίππεια. Alia aliis de causis ab hac quaestione removenda fuerunt. Unum restat exemplum Diogenis, cui ab ephebis Atheniensibus sacra facta esse sane constat. Sed item scimus quam singulare beneficium civitas ei acceptum retulerit (cf. Koehler Hermae VII p. 3 sqq.). Similem causam Posidonii illius prorsus ignoti fuisse mihi quidem nequaquam probabile videtur.

Versus noni initio Foucartus supplevit [τὸ προσπῖπτον διά]φορο[ν], quem sequi nolui propter merum genetivum τοῦ τεμένεος τούτου qui neque a προσπῖπτον pendere potest, neque a διάφορον, quae vox non *reditus*, sed *pecuniam* significat. Cf. Syll. Inscr. Gr. 388, 45: τὰ δὲ πίπτοντα διάφορα ἐκ τῶν μυστηρίων. Vocabulo ambiguo φόρος hic significatur quod alibi accuratius μίσθωσις dicitur.

---

44 Fragmenta duo marmoris albi, inventa Megaris cum fundamenta iacerentur domus Constantini Archondarae. Ex ectypo et apographo suo ed. P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 24*a* (P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 n. 102).

ˎΟΣΝΙΚΩΝΟΣΑʾΤΑΜΙΤΙ

. . . . . ος Νίκωνος Ἀρτάμιτι.

Domum privatam, cuius in fundamentis hoc monumentum inventum est, prope gymnasium antiquum situm ad introitum oppidi (Paus. I, 44, 2) esse refert Foucart; quare non dubitandum esse, quin illic fuerit templum Ἀρτέμιδος Σωτείρας, quod inter illud gymnasium et Olympieum viderit Pausanias I, 40, 3. Cf. praeterea titulos 16 et 112.

45 Megaris in muro periboli ἁγίας Παρασκευῆς. Ed. C. Bursian in epistula ad Henzenum data *Bullettino dell' Instituto arch. Rom.* 1855 p. XXIII. Periisse videtur.

. ΤΤΑΛΛΟΥ
. . . . . ΕΩΣ
. . . . . ΩΣΙ

Nescio an haec sic restituenda sint:

[Ἀ]ττάλου
[βασιλ]έως
[θεοῖς ἥρ]ωσι.

Ac duorum quidem primorum versuum restitutio certa est; tertio vero Latinum *Dis Manibus* reddi existimo. Nam Romanum hominem

regis Graeci Romanorum amicissimi manibus in civitate Graeca monumentum dedicasse in eaque re Graeco sermone usum esse neutiquam improbabile iudico. Neque quod in titulis sepulcralibus imperatorum demum aetate illud *Dis Manibus* inscribi solet (Th. Mommsen ap. Sybel *Histor. Zeitschrift* LVII p. 387. L. Preller *Röm. Mythologie* ed. III cur. Iordan II p. 66) huic coniecturae obstare videtur, quia hic titulus non sepulcralis est, sed dedicatorius. Denique ipsa vocabula Graeca, quibus illa Latina redduntur, aptissima sunt; constat posteriore tempore eadem vi *θεοῖς δαίμοσι* dici (cf. Dorville ad Charitonem p. 308 ed. 2). Daemonum vero et heroum natura simillima est. Porro apud Dionysium Ant. Rom. IV, 14 Romanorum Lares *ἥρωες* vocantur; quod nomen magis etiam in Manes defunctorum quadrare inde apparet, quod perfrequenter ipse defunctus in titulis sepulcralibus Graecorum *ἥρως* appellatur. Regem Attalum primum, qui anno 197 obiit, intellegendum puto, sed id incertum est.

46 Tabula marmoris albi, a. 0,25, l. 0,63; superior planicies laevigata, sed non accurate. Inaedificatus lapis Megaris iuxta scalas domus Anagnostis Menidatis. Exscripsit Lolling.


Ξ Τ Ι Τ Ο Υ Υ Ι Ο Σ Κ

[Τίτο]ς Τίτου υἱὸς Κ[οΐγκτιος στρατηγὸς ὕπατος Ῥωμαίων ἀνέθηκεν].

Supplere conatus sum. Praenomen patris inter filii praenomen et nomen interiectum eiusdem T. Quinctii Flaminii cos. a. 198 a. Chr. titulo Gytheatico C. I. G. 1325 (Syll. I. G. 199) defenditur, vocabulum *υἱός* additum, quod sane illa aetate etiamtum plerumque omittitur, catalogo proxenorum Delphicorum ap. Wescher-Foucart Inscr. Delph. 18 (Syll. I. G. 198) vs. 112: Τίτος Κοΐγκτιος Τίτου υἱὸς Ῥωμαῖος.

---

47 Fragmentum epistylii lapidis Hymettii, inventum anno 1842 Megaris. Partes sinistra et inferior mutilatae, reliquae duae integrae. Ed. Pittakis Eph. 2563 (inde C. Bursian Mus. Rhen. N. S. XI (1857) p. 339 et P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 42*c*).



. . . . | παγκράτιον
Τροφών[ια] | πυγμήν
Κοριάσια | πυγμήν
Ποσείδεα | πυγμήν.

Trophonia Lebadensium sunt, reliquorum ludorum locus incertus. De veritate nominis *Κοριάσια* cum dubitaret Bursianus, *Κοινὰ Ἀσίας* rescribendum iudicavit. Ac sane paullo insolentius *Κοριάσια* a *Κόρη* derivari concedendum est; sunt tamen similia, veluti *Διάσια*, *Ἑκατήσια*. Accedit quod hic titulus antiquior videtur, quam ut illorum ludorum a Romanis in provincia Asia institutorum mentionem continere possit. Quare mihi iure Bursiani coniecturam reiecisse videtur Foucartus, qui mentionem facit feriarum Proserpinae quae apud Clitorios Arcades celebrari consuevissent (*Κόρεια* Schol. Pind. Olymp. VII p. 153).

---

48 Epistylium lapidis Pentelici, a. 0,40, l. 1,08, c. 0,30, a dextra fractum, a reliquis partibus integrum, inventum Megaris; tituli intra coronas oleagineas. Edd. Pittakis Eph. 2558 (inde Bursian Mus. Rhen. N. S. XI (1857) p. 330); accuratius P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 42*b*. Periisse videtur.

ΠΥΘΑΕΙΑ ΠΥΓΜΗΝ	ΟΜΟΛΩΙΑ ΠΥΓΜΗΝ	ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ ΤΑΕΝΔΑΡΙ⁻ ΠΥΓΜΗΝ	ΕΡΩΤΙΔΕΙΑ ΠΥΓΜΗΝ	ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ ΤΑΕΝΛΑΡΙΣΗ ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝ	ΗΡΑΙΑ ΠΥΠΜΗΝ
ΗΡΑΚΛΕΙΑ .Α...... ΠΥΓΜΗΝ	ΠΥΘΑΕΙΑ ....ΣΤΕ.. .ΑΓΚΡΑΤΙΟΝ	ΑΜΦΙΑΡΑΙΑ ΕΝΩΡΩΠΩ ΠΥΓΜΗΝ	ΗΡΟΦΑΝΕΙΑ ΠΥΓΜΗΝ	ΡΩΜΑΙΑ ΕΝΧΑΛΚΙΔΙ ΠΥΓΜΗΝ	ΗΡΟΦΑΝΕΙΑ ΠΥΓΜΗΝ

Πυθάεια | πυγμήν
Ὁμολώϊα | πυγμήν
Ἐλευθέρια | τὰ ἐν [Λ]αρίσ[η] | πυγμήν
Ἐρωτίδεια | πυγμήν
Ἐλευθέρια | τὰ ἐν Λαρίση | παγκράτιον
Ἥραια | πυγμήν.

Ἡράκλεια | [τ]ὰ [ἐν Θήβαις] | πυγμήν
Πυθάεια | [τὰ ἐν ἄ]στε[ι | π]αγκράτιον
Ἀμφιαράϊα | ἐν Ὠρωπῷ | πυγμήν
Ἡροφάνεια | πυγμήν
Ῥωμαῖα | ἐν Χαλκίδι | πυγμήν
Ἡροφάνεια | πυγμήν.

Hunc titulum anno 196 a. Chr., quo Thessali a Macedonum dominatione liberati sunt, recentiorem esse Eleutheria Larisae celebrata docent; eodem pertinent Ῥωμαῖα τὰ ἐν Χαλκίδι. Ex altera parte non modo imperatorum aetatis nullum inest vestigium, sed etiam Ἀμφιαράϊα ἐν Ὠρωπῷ non additis καὶ Ῥωμαῖα demonstrant, ante illos ludos a Sulla restitutos et amplificatos (v. infra tit. 413 vs. 48) hanc victoriam reportatam esse. Quare nolui cum Foucarto in corona octava rescribere [Σεβα]στε[ῖα]. Ludi fere omnes noti sunt, neque de eis quidem, quibus definita loci significatio adiungitur, verba facere opus est. Πυθάεια Megaris acta titulus 106 docet; sine dubio Ἀπόλλωνος Πυθαέως sacra, ut multa alia, Megarenses cum Corinthiis Argivis Lacedaemoniis (Paus. II, 35, 2. 36, 5. III, 10, 8. 11, 9) communia habebant. Homoloia Thebanorum, Erotidia Thespiensium sunt, Heraea incerta, etsi haud improbabiliter Bursianus ad vicinam insulam Aeginam rettulit, quia illa nobilissima Argivorum Heraea in titulis agonisticis aliis nominibus (Ἑκατόμβαια, ἡ ἐξ Ἄργους ἀσπίς) significarentur. Una Ἡροφάνεια nusquam praeter hunc titulum comparent. Ac Bursianus quidem Plataeensium Δαίδαλα sub hoc nomine latere suspicatus est, quia eorum quae de illarum feriarum origine narrarentur (Plutarch. ap. Euseb. praep. ev. III, 2. Pausanias VIII, 3, 1) summa ea esset, Iunonem quum diu latuisset subito advenisse (φανῆναι). Quam coniecturam non minus probabilem quam ingeniosam iniuria a Foucarto spretam existimo; neque enim quicquam miri aut insoliti habet, eadem sacra duobus nominibus indicari.

49 'Megaris in sacello quadrato sine tecto, trium tantum pedum altitudine, in duobus lapidibus ad dextram et sinistram introëuntis; eo fere loco, ubi olim porta per quam ad portum ibatur'. Edd. Spon Itin. T. III P. II p. 221. Misc. erud. antiq. X, 102 p. 364 (inde Gronovius Thes. Antiq. Gr. VII p. 869). Wheler Itin. p. 433 (inde Muratori T. II p. DCXLVIII. 1. Particulam descriptam ex Spon. et Mur. dedit Corsinus Fast. Att. II p. 113). Meletius Geogr. p. 347. Pocock. Inscr. ant. P. I c. 5 s. 7 p. 63 n. 6. 7. Varietates lectionis ad Sponii Misc. attulit Chandler Syll. p. XXXII. Ex his omnibus Boeckh C. I. G. 1068. Nunc cum ipso sacello, cuius nullum exstat vestigium, etiam hic lapis periit.

1 ΟΛΥΜΠΙΑ
ЄΝΠЄΙCΗ
2 ΠΥΘΙΑЄΝ
ΔЄΛΦΟΙC·Β·
3 ΝЄΜЄΙΑЄΝΑΡ
ΓЄΙ·Γ·
4 ΙCΘΜΙΑΒ·
5 ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑ
ЄΝΑΘΗΝΑΙC·Β·
6 ΟΛΥΜΠΙΑЄΝΑ
ΘΗΝΑΙC
7 ΠΑΝЄΛΛΗΝΙΑ
ЄΝΑΘΗΝΑΙC
8 ЄΛЄΥCЄΙΝΙΑ
ЄΝΑΘΗΝΑΙCΓ·
9 ΗΡΑΚΛЄΙΑ
ЄΝΘΗΒΑΙC
10 ΤΡΟΦΩΝЄΙΑ
ЄΝΛЄΒΑΔЄΙΑ·Β
11 ЄΛЄΥΘЄΡЄΙΑ
ЄΝΠΛΑΤЄΑΙC
12 ΤΗΝЄΞΑΡΓΟΥC
ΑCΠΙΔΑΓ
13 ΠΥΘΙΑЄΝΜЄΙ
ΛΗΤΩ
14 ΠΥΘΙΑЄΝΜΑΓΝΗ
CΙΑ
15 ΚΟΙΝΑΑCΙΑCЄΝ
ΦΙΛΑΔЄΛΦЄΙΑ
16 ΑΚΤΙΑЄΝΝЄΙΚΟ
ΠΟΛЄΙΒ·
17 ΠΥΘΙΑЄΝCΙΔΗ·Β·
18 ΠΥΘΙΑЄΝΠЄΡΓΗ·Δ
19 ΠΥΘΙΑЄΝΘЄCCΑ
ΛΟΝЄΙΚΗ
20 ΑCΚΛΗΠΙΔЄΙΑЄΝ
ЄΠΙΔΑΥΡΩ
21 ΚΑΠЄΤΩΛΙΑЄΝΡΩΜΗΓ
22 ΑΘΗΝΑCΠΡΟΜΑΧΟΥ
ЄΝΡΩΜΗ·Δ
23 ЄΥCЄΒЄΙΑЄΝΠΟΤΙΟ
ΛΟΙC
24 CЄΒΑCΤΑЄΝΝЄΑΠΟΛЄΙ

Ὀλύμπια | ἐν Πείσῃ
Πύθια ἐν | Δελφοῖς β'
Νέμεια ἐν Ἄρ|γει γ'
Ἴσθμια β'
Παναθήναια | ἐν Ἀθήναις β'
Ὀλύμπια ἐν Ἀ|θήναις
Πανελλήνια | ἐν Ἀθήναις
Ἐλευσείνια | ἐν Ἀθήναις γ'
Ἡράκλεια | ἐν Θήβαις
Τροφώνεια | ἐν Λεβαδείᾳ β'
Ἐλευθέρεια | ἐν Πλατεαῖς
Τὴν ἐξ Ἄργους | ἀσπίδα γ'
Πύθια ἐν Μει|λήτῳ
Πύθια ἐν Μαγνη|σίᾳ
Κοινὰ Ἀσίας ἐν | Φιλαδελφείᾳ
Ἄκτια ἐν Νεικο|πόλει β'
Πύθια ἐν Σίδῃ β'
Πύθια ἐν Πέργῃ δ'
Πύθια ἐν Θεσσα|λονείκῃ
Ἀσκληπίδεια ἐν | Ἐπιδαύρῳ
Καπετώλια ἐν Ῥώμῃ γ'
Ἀθηνᾶς Προμάχου | ἐν Ῥώμῃ δ'
Εὐσέβεια ἐν Ποτιόλοις
Σεβαστὰ ἐν Νεαπόλει.

Titulus Antonini Pii aetate non antiquior est, a quo Εὐσέβεια, quae Puteolis celebrabantur, Hadriani defuncti honoris causa instituta esse docent Spartianus Hadr. c. 27 et Artemidorus Onirocr. I, 26 a Boeckhio ad hunc titulum allati. De reliquis ludis verba facere non opus est, quia pleraque notissima sunt.

50 Basis marmoris nigri inventa Megaris. Ed. Pittakis Eph. 2883. Periisse videtur.

ΤΕΑ
ΤΟΥΓΥΝΗ
ΥΠΕΡΕΑΥΤΗΣΚΑΙ
ΤΩΝΤΕΚΝΩΝΚΑΙ
ΤΟΥΑΝΔΡΟΣΚΑΙ
ΤΩΝΘΡΕΜΜΑΤΩΝ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

......τεα | ......του γυνὴ | ὑπὲρ ἑαυτῆς καὶ | τῶν τέκνων καὶ | τοῦ ἀνδρὸς καὶ | τῶν θρεμμάτων | ἀνέθηκεν.

51 Megaris. Edd. Lebas-Foucart *Inscr.* II 24.

Α . . . . Ν . . . . . ΑΝΕΘΗΚΕ

Ἀ . . . . ν . . . . . ἀνέθηκε.

---

52 Marmor anno 1769 in valle Megarensi repertum ad ianuam Graeci pauperculi, ubi portae apertae retinendae inserviebat. Inde sublatum nauta Gallus *De Bassinet d'Augard* dono dedit Calveto, medico Avenionensi, qui rursus museo publico donavit, unde in museum Napoleonis et postea in museum publicum nummarium pervenit. Edd. Calvet Mag. encyclop. VI (1800) T. III p. 536 sq. (Iacobs Anthol. Paralip. Comm. Vol. III P. III p. 796. Anthol. Palat. T. II p. 843, cf. nott. T. III p. 945). Gail ed. Xenoph. T. VII P. II in calce. Boeckh Prooem. Lect. Univ. Berol. aest. 1822 (Mus. crit. Cantabr. Vol. II fasc. 8 p. 631 sqq. Boeckh *Kl. Schr.* IV p. 173). C. I. G. 1050 (Kaibel Epigr. Gr. p. 843). Cf. quae de titulo disputavit Engelbertus Schneider de dialecto Megarica, Gissae 1882, p. 7 sqq.

ΟΡΡΙΠΠΩΜΕΓΑΡΗΣΜΕΔΑΙΦΡΟΝΙΤΗΔΕΑΡΙΔΗΛΟΝ
ΜΝΑΜΑΘΕΣΑΝΦΑΜΑΔΕΛΦΙΔΙΠΕΙΘΟΜΕΝΟΙ
ΟΣΔΗΜΑΚΙΣΤΟΥΣΜΕΝΟΡΟΥΣΑΠΕΛΥΣΑΤΟΠΑΤΡΑ
ΠΟΛΛΑΝΔΥΣΜΕΝΕΩΝΓΑΝΑΠΟΤΕΜΝΟΜΕΝΩΝ
ΠΡΑΤΟΣΔΕΛΛΑΝΩΝΕΝΟΛΥΜΠΙΑ ΕΣΤΕΦΑΝΩΘΗ
ΓΥΗΝΟΣΖΩΝΝΥΗΕΝΩΝΤΩΝΠΡΙΝΕΝΙΣΤΑΔΙΩ

Ὀρρίππῳ Μεγαρῆς με δαΐφρονι τῇδ' ἀρίδηλον
μνᾶμα θέσαν, φάμᾳ Δελφίδι πειθόμενοι·
ὃς δὴ μακίστους μὲν ὅρους ἀπελύσατο πάτρᾳ
πολλὰν δυσμενέων γᾶν ἀποτεμνομένων,
πρᾶτος δ' Ἑλλάνων ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθη
γυμνός, ζωννυμέμων τῶν πρὶν ἐνὶ σταδίῳ.

Orsippum Megarensem — hac enim nominis forma scriptores utuntur, cum titulus cx legibus dialecti Doricae (cf. Ahrens *Diall.* II p. 102) Ὄρριππος habeat — Olympiade quinta decima (a. 720 a. Chr.) stadio vicisse, neque quicquam tribuendum esse testimoniis scholiorum Venetorum Homeri Ψ, 683 et Etymologici Magni p. 242, quae eam rem ad tricesimam alteram demum Olympiadem referrent, Boeckhius ad hunc titulum disputatione doctrinae atque acuminis plena effecit. Epigramma non illa ipsa antiquissima aetate compositum esse inter omnes convenit. Sed Boeckhius satis antiquo tempore, fortasse ab ipso Simonide compositum esse, postea vero cum evanuisset, quinto aut sexto p. Chr. saeculo restitutum coniecit, eiusque in sententiam pedibus ivit Kaibelius. Contra Iacobsius falsarium quendam primum et tertium distichon ex scholio Thucydideo I, 6 transscripsisse, medium ex eis quae Pausanias I, 44, 1 de Orsippo narrat ipsum confinxisse coniecit, eamque suspicionem nuper Schneiderus recoxit. Sed quae is contra Boeckhium disputat, non magni momenti sunt; veluti quod negat discrepantias scripturae genuinam originem huius lapidis probare, vehementer errat. Nam cum apud scholiastam Thucydideum, ut ubique in litteris Graecis, Ὀρσίππῳ traditum sit, unde tandem illum falsarium Byzantinum veram formam Ὄρριππος sumpsisse iudicabimus? Aut quis non videat, Μεγαρῆς με δαΐφρονι quae in lapide sunt multo aptiora esse quam illa Μεγαρεῖ μεγαλόφρονι apud scholiastam? Denique in illo medio disticho quod discrimen in verbi ἀποτέμνεσθαι usu inter Pausaniam et epigrammatis auctorem intercedit, facillimam explicationem habet, si periegetam carmen non satis diligenter inspexisse statuimus, sin autem epigramma per fraudem ex ipsa Pausaniae narratione confectum arbitrabimur, plane nullam. Quare in Boeckhii sententia acquiescemus, praesertim cum luce clarius sit, cur scholiasta Thucydidis mediam partem omiserit. Id unum dubitare licet, num recte Boeckhius hoc antiqui carminis exemplum quinto aut sexto demum saeculo lapidi incisum statuerit. Nam litterarum formae graciles quas hic habemus iam inde ab Hadriani aetate passim inveniuntur, neque neglegendum est ne unum quidem vel levissimum errorem hic commissum esse in vocalibus et diphthongis scribendis, quae res quanti momenti sit intelleges collata barbarie tituli 53. Quare nescio an is qui inscriptionem vetustate evanidam restituendam curavit, propius ab Hadriani quam a Iustiniani aetate afuerit.

---

53 In loco *Palaeochori* sito dimidio horae septentrionem versus ab urbe Megaris, ubi sunt complures ecclesiae desertae, exstructae ex ruderibus aedificiorum antiquiorum (cf. Bursian Geogr. Gr. I p. 376 not. 1). Ex Fourmonti schedis ed. Boeckh Prooem. Lect. Univ. Berol. aestiv. 1818 (Mus. Cantabr. II n. 8 p. 616 sqq. *Kl. Schriften* IV p. 125). C. I. G. 1051. (Kaibel Epigr. Gr. 461). Periisse videtur. Cf. quae adnotavit H. Roehl *Jahrb. f. Philol.* 1876 p. 401. 1878 p. 600.

[*Textum vide pag. seq.*]

Τὸ ἐπίγραμμα τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ ἀποθανόντων κ[αὶ] κει[μέ]νω[ν] | ἐντα[ῦ]θα ἡρώων· ἀπ[ολ]όμενον δὲ τῷ χ[ρ]όνῳ Ἑλλάδιος ὁ ἀρχιερεὺς ἐπ[εσ]κ[εύασεν].

[Ἐπεὶ ἔδοξε τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθανόντας ἐνταῦθα | τα]φῆναι, τοῦ[το τὸ ἐπίγραμμα ἐπ]οί[ησεν] ἐπὶ [τιμῇ] τῶν [κ]ειμένων καὶ τῆς πόλεως Σιμωνίδης.

[Ἑλ]λάδι καὶ Μεγαρεῦσιν ἐλεύθερον ἆμαρ ἀέξ[ε]ιν
[ἱ]έμενοι θανάτου μοῖραν ἐδεξάμεθα,
τοὶ μὲν ὑπ' Εὐ[β]οίᾳ κ[ω]παχ[έϊ,] ἔνθα κ[αλ]εῖτ[αι]
ἁγνᾶς Ἀρτέμιδος τοξοφό[ρ]ου τέμενος,
τοὶ δ' ἐν ὄρει Μ[υ]κάλας, τοὶ δ' ἔνπροσθε(ν) Σαλαμεῖνος
[νηῶν Φοινισσῶν ἐξολέσαντες Ἄρη·]

ΤΟϾΠΙΓΡΑΜΜΑΤѠΝϾΝΤѠΠϾΡϹΙΚѠΠΟΛϾΜѠΑΠΟΘΑΝΟΝΤѠΝΚϾΚϾΙΛΙΟΝѠ.
ΕΝΤΑΟΛΗΡѠѠΝΑΠΑΔΟΜϾΝΟΝΔϾΤѠΧΤΟΝѠϾΛΛΑΔΙΟϹΟΑΡΧΙϾΡϾΥϹϾΠΙΙΙΠΚΙΚ

ΦΗΝΛΙϹΤΟΥ...ΝΝΙΟΙ...ϾΠΙΔΙѠΝϹϾΙΜϾΝѠΝΚΑΙΤΗϹΠΟΛϾѠϹϹΙΜѠΝΙΔΗϹ

ΚΑΛΛΑΔΙΚΑΙΜϾΓΑΡϾΥϹΙΝϾΛϾΥΘϾΡΟΝΑΜΑΡΑϾΞΙΝ
ΠϾΜϾΝΟΙΘΑΝΑΤΟΥΛΟΙΡΑΝϾΔϾΞΑΜϾΘΑΜϾ
ΤΟΙΜϾΝΥΠϾΥΡΟΙΑΚΙΠΑΧѠϾΝΘΑΚΛΑϾΙΤϾ
ϾΑΓΝΑϾΑΡΤϾΜΙΔΟϹΤΟΞΟΦΟΙΟΥΤϾΜϾΝΟϹ
ΤΟΙΔϾΝΟΡΙΜΟΙΚΑΛΛΑϹΤΟΙΔϾΝΠΡΟϹΘϾϹΑΛΑΜΕΙΝΟϹ
ΤΟΙΔϾΚΑΙϾΝΠΑΙΔΙѠΒΟΙΟϹΤ.ѠΟΙΤΙΝϾϹϾΤΛΑΝ
ΧϾΙΡΑϹϾΠΑΝΘϾѠΠΟΥϹΙΠΠΟΜΑΧΟΥϹΙϾΝϾ
ΑϹΤΟΙΔϾΑΜΜΙΤΟΔϾΓϾΡΑϹΟΜΦΑΔѠΑΑΦ.ΙΙ
ΝϾΙϹϾѠΝϾϹΤΟΡΟΝΛΜΟΔΟΚѠΝΓΟΡѠ
ΔϾΧΡΙϹϾΦΗΜѠΝΔϾΗΠΟΛΙϹΤΑΤΑΥΡΟΝϾΝΝΓΖϾΝ

τοὶ δὲ καὶ ἐν π[ε]δίῳ Βοι[ω]τ[ί]ῳ, οἵτινες ἔτλαν
χεῖρας ἐπ' ἀνϑ[ρ]ώπους ἱππομάχους ἱέν[αι.]
ἀστοὶ δ' ἄμμι τόδε [Μεγαρῆς] γέρας ὀμφα[λ]ῷ ἀ[μ]φὶ
Νεισ[αί]ων ἔ[π]ορον λ[α]οδόκων ἀγορῶ[ν].
[μ]έχρις ἐφ' ἡμῶν δὲ ἡ πόλις [κ]α[ὶ] ταῦρον ἐν[ή]γ[ι]ζεν.

Quae versu tertio scripta sunt, ea supplere et emendare conatus sum ita, ut cum Boeckhio ex spatio unius versus, quod inter vs. 2 et 3 vacuum reliquit Fourmontus, colligerem illic totum versum propter evanidam scripturam ab eo omissum esse. Singula verba me nolle praestare non est quod dicam; sed tamen iusto audacius me egisse non existimo; nam in lacunarum ambitu indicando summam fuisse Fourmonti neglegentiam constat. In carmine restituendo Boeckhium secutus sum praeter versum 6, ubi Roehlii lectionem, quae etsi non caret offensione, tamen proxime accedit ad traditam scripturam, recepi, et postremum distichon, quod Bergkii, Schneidewini, Kaibelii ope longe melius restitutum est quam Boeckhio contigerat. Versus 13 emendatio Blomfieldio debetur. Ceterum Helladium recte quarto aut quinto p. Chr. saeculo vixisse statuit Kaibel; nam antiquior titulus propter vocalium confusionem esse nequit, recentiorem autem esse quominus iudicemus impedimento est vocabulum ἀρχιερεύς, quod necessario de paganarum caerimoniarum antistite accipiendium esse recte dixit Boeckhius.

---

54 Basis marmoris inventa in loco *Marmaria Spilaia* et translata Megara, ubi exscripsit P. Foucart et edidit *Bulletin de l'école Française d'Athènes* I p. 3 n. 1 (inde G. Hirschfeld Tituli statuariorum 35*c*) et ad Lebas *Inscr.* II 23*a* (E. Loewy *Inschr. Griech. Bildhauer* p. 88 n. 110). Periisse videtur.

\ΙΩΝΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΥ ΟΚΛΕΙΑΑΡΙΣΤ..ΕΙΤΟΥ
ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΣΔΙΩΝΟΣΑΝΕΘΗΚΕ
ΚΗΦΙΣΟΔΟΤΟΣ ΤΙΜΑΡΧΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΙ ΕΠΟΙΗΣΑΝ

Δίων Ἀριστογείτου, [Δι]όκλεια Ἀριστο[γ]είτου. | Ἀριστόγειτος Δίωνος ἀνέϑηκε. | Κηφισόδοτος Τίμαρχος Ἀϑηναῖοι ἐποίησαν.

Artifices filios esse Praxitelis Foucartus vidit, quos Ol. 121 (a. 296 a. Chr.) floruisse refert Plinius N. H. XXXIV, 51. Ei aetati cum litteratura convenit — de qua sane ex Lebasii exemplo typis exscripto non licet confidenter iudicare — tum forma tituli; nam nominativus casus in huiusmodi statuarum subscriptionibus a recentioribus temporibus alienus est. Ceterum artificum signaturam versum hexametrum efficere Benndorfio (*Göttinger Gel. Anzeigen* 1871 p. 603) non credo.

---

55 Errore Eleusine inventum lapidem dicit Babinus, qui titulum pessime exscriptum edidit *Rélation de l'état présent de la ville d'Athènes* p. 100, quo ex libro rarissimo expressit F. Lenormant Mus. Rhen. N. S. XXI (1866) p. 390 n. 229. Manifesto ex Babini exemplo, cuius librum ipse typis expressum a. 1684 in publicum emiserat, non ex lapide dedit Spon Itin. T. III P. II p. 139 (inde Boeckh C. I. G. 429). Megaris extra urbem, inter rudera ecclesiae desertae, se invenisse profitetur Fourmont, cuius ex schedis exemplum Babiniano illo multo melius ed. Boeckh C. I. G. 1094. Cf. quae exposuit Th. Bergk *Archäol. Zeitung* XVII (1859) p. 59 n. I, qui tamen non perspexit eundem esse lapidem. Periisse videtur.

Fourmont:

ΠΥΘΩΝ ΤΥΣΙΚΡΑΤΕΙΑ
ΑΝΑΞΙΩΝΟΣ ΑΝΑΞΙΩΝΟΣ
ΚΑΛΛΙΣΤΙΟΝΑΜΑΤΗΡΑΝΕΘΗΚΕΝ

Babin:

ΥΣΙΚΡΑΤΕΣΑΝΑΞΟΝΟΣ
ΑΝΑΞΙΩΝΟΣΚΑΛΙΣΣΟ
ΙΩΝΑΜΑΤΗΡΑΝΕΘΗΚΕ

Sponius cum Babino ubique, etiam in manifestis erroribus, consentit, nisi quod initio ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ habet, quam apparet correcturam esse facillimam, quam tamen falsam esse e Fourmonti exemplo discimus.

Πύϑων [Λ]υσικράτεια
Ἀναξίωνος. Ἀναξίωνος.
Καλλίστιον ἁ μάτηρ ἀνέϑηκε.

De origine tituli Fourmontum rectius quam Babinum rettulisse nomen Ἀναξίων indicio est; quod cum in Attica plane inauditum sit (nam C. I. A. III, 785 hominis Argivi est), Megaris non admodum rarum fuisse videtur, cum index arbitrorum centum quinquaginta unius Megarensium (Ἐφ. ἀρχ. III, 1887 p. 10) duo eius exempla exhibeat, vs. 48 Φιλωνίδας Ἀναξί[ω]νος, vs. 55 Ἀπολλωνίδας Ἀναξίωνος. Praeterea cf. infra n. 122. Mulieris nomen Ἀναξίς in titulis 60. 121 est. Etiam Πύθων et in titulis ipsius Megaridis aliquotiens invenitur (n. 188. 216. 221), et bis in illo catalogo Epidaurio (vs. 50 Ἀπολλόδωρος Πύθωνος, vs. 71 Πυθόδωρος Πύθωνος).

Aetas tituli aliquo modo ea re definitur, quod unus praeter n. 54 antiquiorem formam habet, ex qua nominativo casu statuis subscribuntur nomina, deinde sine ulla conexione dedicationis formula adiungitur. Contra reliqui omnes, etiam qui antiquiores Romanorum aetate sunt, accusativum a dedicandi verbo pendentem habent, sive a civitate publice positae sunt statuae (n. 56—59), sive privatim a propinquis (n. 60. 61). Quare hunc titulum illis paullo antiquiorem et ei qui proxime antecedit aetate supparem iudicaverim, ut saeculi a. Chr. quarti exitu aut ineunte tertio incisus videatur.

---

56 Basis lapidis nigri, Megaris in angulo ecclesiae Ὑπαπαντῆς. In fronte titulus recentior n. 90, in latere dextro angustiore hic antiquior, excisus cum lapis in alium usum vocaretur, ita ut nunc difficulter legatur. Exscripsit Lolling.

ΟΟΙΝΙΩΝΑΘΕΔΩΡΟΥ
ΟΔΑΜΟΣΑΝΕΘΗΚΕ

Θοινίωνα Θεδώρου | ὁ δᾶμος ἀνέθηκε.

57 Lapis leucophaeus quadratus, Megaris in impluvio domus quam possidet Katzikas. Exscripsit Lolling.

ΟΔΑΜΟΣΑΝΕΘΗΚΕ
ΑΡΙΣΤΩΝΑΜΟΣΧΟΥ

Ὁ δᾶμος ἀνέθηκε | Ἀρίστωνα Μόσχου.

---

58 Columna marmoris leucophaei, Megaris in ecclesia Ὑπαπαντῆς. Ed. P. Foucart ad Lebas *Inscr.* II 39*a* (G. Hirschfeld *Archäol. Zeitg.* XXX (1872) p. 25. E. Loewy *Inschr. Gr. Bildhauer* p. 164 n. 222). Partem ecclesiae collapsam et restitutam esse refert Lolling, quam per occasionem hunc quoque lapidem aut periisse aut alio translatum esse suspicatur.

ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΝΧΑΡΙΛΑΟΥ
Ο Δ Α Μ Ο Σ Α Ν Ε Θ Η Κ Ε Ν
ΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
Τ Α Σ Ε Ι Σ Α Υ Τ Ο Ν
ΕΥΧΕΙΡ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ

Διονυσόδωρον Χαριλάου | ὁ δᾶμος ἀνέθηκεν | ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας | τᾶς εἰς αὐτόν. | Εὔχειρ Ἀθηναῖος ἐποίησεν.

Euchir Atheniensis Foucarto et Loewyo idem esse videtur, cuius nomen in compluribus statuarum Atticarum basibus (Loewy n. 223. 224. 225. 226. 227) una cum Eubulidis filii nomine coniunctum invenitur. Ex quibus titulis unius certe (n. 223) aetas satis certa ratione definita est (cf. quae Loewyus adnotavit p. 165), ita ut circiter a. 150 a. Chr. patrem una cum filio in statuis sculpendis elaborasse appareat. Hunc vero titulum, qui unus filii nomine careat, illis paullo antiquiorem esse consentaneum est, ut fere annorum 170—160 esse existimandus sit. Idem Euchir hieromnemo Delphicus post annum 189 a. Chr. (*Bulletin de correspondance Hellénique* VI p. 237 n. 72), eius pater Eubulides proxenia Delphorum a. 191 a. Chr. (Syll. I. G. 198, 73) honoratus et Athenis circa idem tempus (Kumanudis Ἐπιγραφαὶ ἀνέκδοτοι I p. 29 n. 49) epimeletae munere functus est. Cf. Loewy p. 370 sqq.

---

59 In via Scironia in confiniis Corinthiae et Megaricae terrae, ad portam Scironiam in lapide magno candido. Edd. Clarkius Itin. P. II S. II p. 765. Ex hoc et schedis Guil. Gellii a Rosio sibi transmissis Boeckh C. I. G. 1101.

ΟΔ
ΙΟΙΟΝΑΘΗΝΑΩΙΟΙ

Ὁ δ[ᾶμος | . . . . .]ιοιον Ἀθηναῖο[υ] (?)

---

60 Megaris in ara ecclesiae Christi. Ex Fourmonti schedis, qui hunc titulum perperam cum n. 100 in unum conflavit, ed. Boeckh C. I. G. 1056. Accuratius Lebas-Foucart *Inscr.* II 23 (cf. K. Keil Mus. Rhen. N. S. XIV (1859) p. 491). Contulit Lolling.

ΑΝΑΞΙΣΑΛΚΙΑΤΟΝ
ΚΑΙΦΙΛΟΝΑΣΚΑΙΦΙΛΟΚΛΕΙΑΟΙΗΡΑΚ . . . ΤΟ
ΤΟΝΑΔΕΛΦΟΝΛΥΣΙΑΝΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ
Θ Ε Ο Ι Σ

Ἀναξὶς Ἀλκία τὸν [υἱὸν] | καὶ Φιλονᾶς καὶ Φιλόκλεια οἱ Ἡρακ[λεί]το[υ] | τὸν ἀδελφὸν Λυσίαν Ἡρακλείτου | θεοῖς.

Nomen quod est Φιλονᾶς editores ferendum non iudicarunt. Nam quum Boeckhius, quem Keilius secutus est, Φιλ[ω]νᾶς emendavisset, Foucartus definite quidem testatur, in ectypo litteram ο certissime agnosci, sed lapicidam peccavisse statuit. At non video quid impediat, quominus Φιλονᾶς hypocoristicum nomen esse statuamus derivatum a Φιλοναύτης aut Φιλόνικος aut Φιλόνομος, ut Ἰσιγᾶς ab Ἰσιγένης, Πατροβᾶς a Πατρόβιος multaque similia.

61 Nisaeae in pariete castelli. Edd. Villoison Act. Acad. Inscr. T. XLVII p. 339. Ex eiusdem schedis Osann Syll. p. 292. Boeckh C. I. G. 1085. Periisse videtur.

Δ Η Μ Α Σ Π Ε
Κ Α Ρ Ε Τ Α Ν Τ Α Ν Ι Δ Ι Α Ν Θ Υ Γ Α Τ Ε Ρ Α
Θ Ε Ο Ι Σ

Δημᾶς Πε . . . . . | [Νι]*καρέταν τὰν ἰδίαν θυγατέρα* | *θεοῖς.*

---

62 Tabula marmorea, a. 1,00, l. 1,49, c. 0,15, Megaris in cella deversorii, quod possidet Epaminondas Vlachos, prope ecclesiam S. Athanasii. Ed. K. D. Mylonas *Bulletin de correspondance Hellénique* III (1879) p. 507. Nunc pars inferior lapidis latet; quae dispici poterant, exscripsit Lolling.

Mylonas:

Ο Δ Α . . .
Γ Α Ι Ο Ν Ι Ο Υ Λ Ι Ο Ν Γ Α Ι Ο Υ Υ Ι Ο Ν Κ Α Ι Σ Α Ρ Α
Α Ρ Χ Ι Ε Ρ Ε Α Κ Α . . . .
. . . . Α Ν Κ Α Ι Σ Ω Τ Η Ρ Α

Lolling:

Ο Δ Α
Γ Α Ι Ο Ν Ι Ο Υ Λ Ι Ο Ν Γ Α Ι Ο Υ Υ Ι Ο Ν Κ Α Ι Σ Α Ρ Α Α Ρ Χ Ι Ε
hanc lapidis partem nunc latere testatur Lolling

Ὁ *δᾶ[μος]* | Γ*άιον* Ἰ*ούλιον* Γ*αΐου υἱὸν* Κ*αίσαρα ἀρχιερέα κα[ὶ δικτάτορα, τὸν ἑαυτοῦ* | *εὐεργέτ]αν καὶ σωτῆρα.* Supplevit Mylonas ex C. I. A. III 428.

---

63 Megaris. Ed. Spon Misc. erud. ant. X, 14 p. 327 (Boeckh C. I. G. 1069).

Ο Δ Α Μ Ο Σ
Α Υ Τ Ο Κ Ρ Α Τ Ο Ρ Α Κ Α Ι
Σ Α Ρ Α Θ Ε Ο Υ Υ Ι Ο Ν
Α Ρ Ε Τ Α Σ Ε Ν Ε Κ Ε Ν
Κ Α Ι Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Σ Ι Α Σ

Ὁ *δᾶμος* | Α*ὐτοκράτορα* Κ*αί|σαρα θεοῦ υἱὸν* | *ἀρετᾶς ἕνεκεν* | *καὶ εὐεργεσίας.*

Quum Augusti nomen non addatur, statuam intra annorum 30 et 27 a. Chr. spatium erectam esse probabile est.

---

64. 65 In eodem lapide, qui habet titulum 40, hi duo postea incisi sunt litteris 0,026 altis, sic ut tit. 64 et tituli 65 prior versus inter versus duo priores antiquioris inscriptionis collocarentur, praeter sex extremas litteras, quae ad dextram in planicie scriptura antiquiore vacante incisae sunt. Tituli 65 versus alter sic collocatus est, ut prima illius littera ipsas postremas versuum tertii et quarti antiquioris inscriptionis attingat. Ex Pocockii exemplo (Inscr. ant. P. I c. 5 s. 7 p. 63 n. 5) et Villoisoni schedis ed. Boeckh C. I. G. 1070. Plenius et accuratius D. Korolkow *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* VIII (1883) p. 190 n. 4. Exscripsit Lolling.

(64)

Δ Η Μ Ο Σ

(65)

Η Β Ο Υ Λ Η Κ Α Ι Ο Δ Η Μ Ο Σ
Ι Ο Υ Λ Ι Α Ν

64 [Ἡ *βουλὴ καὶ ὁ*] *δῆμος* | [Μ*ᾶρκον* Ἀ*γρίππαν*].
65 Ἡ *βουλὴ καὶ ὁ δῆμος* | Ἰ*ουλίαν.*

Supplementum tituli 64 incertum est, quia dubitari licet, quaenam Iulia titulo 65 significetur. At id certe quod Boeckhius coniecit, Liviam Augusti uxorem designari, improbabile est propter omissum nomen Augustae, quod ei simul cum adoptione, qua in gentem Iuliam transibat, tributum est testamento mariti (Tac. ann. I, 8).

---

66 Basis marmoris albi, a. 0,27, l. 0,70, c. 0,70. In superficie magnum foramen, in parte antica titulus. Inaedificatus lapis Megaris in maceria impluvii apud Demetrium Panagum. Exscripsit Lolling.

Ι Ο Υ Λ Ι Α Ν Θ Ε Α Ν Σ Ε Β Α Σ Τ Η Ν

Ἰουλίαν Θεὰν Σεβαστήν.

Livia post mortem Augusti ‛in familiam Iuliam nomenque Augustum adsumebatur’ Tac. ann. I, 8. Post annum 14 p. Chr. igitur utique haec statua dedicata est. Sed cave ex addito Θεὰν collegeris, id post eius mortem (a. 29 p. Chr.) aut adeo post consecrationem (Claudio imperante), demum factum esse. Nam cum omnino apud Graecos vocabula Θεός et Θεά de superstitibus imperatoribus nequaquam inaudita sunt, tum inde quod Θεά hic neque praemittitur nomini, et Σεβαστή adiungitur, satis apparet eam vocem non solemni vi usurpari.

---

67 Marmor album quadratum, a. fere 0,25, l. 1,20, c. 0,80, inaedificatum Megaris ad scalas cellae iuxta tabernam (*café*) quam possidet Georgius Dallas. Ed. A. Stschukareff Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 1886 p. 231 n. 3. Exscripsit Lolling.

ΔΙΟΝΚΑΙΣΑΡΑΣΕΒΑΣΤΟΝΓ...
ΑΡΧΙΕΡΕΑΜΕΓΙΣΤΟΝΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣΕΞΟΥΣΙΑΣΤΟΤΕ
ΕΒΔΟΜΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΤΟΔΩΔΕΚΑΤΟΝΥΠΑ
ΤΟΝΤΟΤΕΤΑΡΤΟΝΠΑΤΕΡΑΠΑΤΡΙΔΟΣ

[Τιβέριον Κλαύ]διον Καίσαρα Σεβαστὸν [Γερμανικόν,] | ἀρχιερέα μέγιστον, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ⟨τε⟩ | ἕβδομον, αὐτοκράτορα τὸ δωδέκατον, ὕπα|τον τὸ τέταρτον, πατέρα πατρίδος.

Supplevit Stschukareff, qui monuit honorum enumerationes accurate quadrare in annum 47 p. Chr. Idem τε illud in fine versus alterius positum, cum particula copulativa ab eo loco quam alienissima esset, ad errorem lapicidae ad consulatus numerum aberrantis rettulit summa cum probabilitate.

---

68 Basis marmoris nigri. Olim fuit Megaris, in pariete ecclesiae Beatae Virginis secundum schedas Fourmonti et Villoisoni, supra collem, circa quem aedificatum est oppidum, ex Sponii testimonio. Edd. Spon Misc. erud. ant. X, 15 p. 327. Ex hoc et schedis Fourmonti et Villoisoni Boeckh C. I. G. 1071. Ex lapide *Expédition de Morée* T. III p. 67 n. 4. Lebas-Foucart *Inscr.* II 47.

ΝΕΡΩΝΑΚΛΑΥΔΙΟΝΚΑΙ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝΤΙΒΕΡΙΟΥΚ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙ

Νέρωνα Κλαύδιον Καί[σαρα Σεβαστὸν] | Γερμανικόν, Τιβερίου Κ[λαυδίου Καίσαρος] | Σεβαστοῦ Γερμανι[κοῦ υἱὸν ἡ πόλις].

---

Hadrianum imperatorem et dedicationis et carminis auctorem esse vidit Kumanudis. Eiusdem rei mentionem sagaciter apud Spartianum Hadriani c. 20 indagavit Kaibelius; nam rectissime negavit, duas ursas ab Hadriano interfectas esse, alteram Thespiis, alteram in Mysia eo loco ubi Hadrianotherae urbs condita esset; neque enim id silentio praeteriturum fuisse scriptorem. At illius hominis sane levissimi errore duas res inter se confusas esse, urbem Hadrianotheras conditam et ursam prope Thespias occisam, ut Kaibelio credam facere nequeo. Etenim primum quidem hominem venationis amantissimum (cf. Cass. Dio LXIX, 10 *περὶ τὰς θήρας ἐσπουδακέναι λέγεται*) per itinerum occasiones in multis imperii Romani regionibus venatum esse consentaneum est, ita ut oppido Hadrianotherarum condendo ansam dare non potuerit nisi eximia ac plane singularis quaedam venationis felicitas. Deinde vero nullum est in hoc carmine verbum, ex quo iure colligas, in Helicone aut omnino in Thespiarum vicinia ursam ab imperatore confectam esse. Neque ex ipsa dedicatione id iure colligitur; nam causa, cur huic potissimum deo primitias offerret, poterat sane in vicinia loci ubi haec rara felicitas venanti obtigerat posita esse, sed poterat etiam a singulari quadam huius potissimum dei veneratione proficisci. Quare propter eandem ursam in Mysia occisam et Hadrianotheras oppidum conditum et donum Cupidini Thespiensi missum statuo.

1829 Ara cum eschara in superficie, prope Leuctra. Primus commemoravit Ulrichs *Kunstblatt* 1840 n. 45 p. 187 (K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 100 n. XXV). Ed. idem *Ann. dell' Inst. arch. Rom.* XX (1848) p. 56 n. XIII. Postea lapis Thespias (*Erimokastro*) delatus et fractus est. Nam Schillbachius in domo quadam privata eius vici inaedificata invenit tria fragmenta (*a b c*), quae ex eius apographo ed. K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 530 n. XXIII. Sed neuter vidit, haec frustula lapidis illius esse, quem Ulrichs integrum exscripserat. Reliqua, quae omnia littera *d* significo, sine dubio perierunt, cum lapis diffinderetur. Nunc ne illa tria quidem exstare videntur.

d
ΦΙΛΕΙΝΟϹ
ΔΙΟΝΥϹΑ b
a ΗΡΑΚΛΕΙ
ΚΑΤΟΝΕΙΡΟΝ
d c d

Var. lect. Vs. 2 fin. (fragm. *b*) ΥϹΑ Ulrichs, ΥϹΠϹ Schillbach.

Φιλεῖνος | Διονυσᾷ | Ἡρακλεῖ | κατ' ὄνειρον.


Philini nomen quandam huius hominis cum ea familia necessitudinem indicare videtur, de qua dicemus ad n. 1830. Sed ea cognatio accuratius definiri nequit.

1830 Marmor quod liminis vices gerit in porta ecclesiae recentioris in vico *Vaïa* sito prope Thespias. Edd. L. Stephani *Reise durch einige Gegenden des nördlichen Griechenlands* p. 75 tab. V n. 58 (K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 85 n. XIX). Lebas *Inscr.* II, 402. Contulit Lolling.

ΦΙΛЄΙΝΟϹΜΟΝΔΩΝΟϹΚΛΙΛΡΧЄΛΛ ϹΥΙΟΣ
ΛΓΩΝΟΘЄΤΩΝΛΝЄΘΗΚЄΝΤΟΝЄ
ΡΩΤΛΚΛΙΤΛЄΝΤΩΙΠΡΟΝΛΙΩΙΘΥ
ΡΩΜΛΤΛЄΚΤΩΝΙΔΙΩΝΤΟΤЄΙЄ
ΝЄΠЄϹΚЄΥΛϹЄΝ

Φιλεῖνος Μόνδωνος καὶ Ἀρχέλας υἱὸς | ἀγωνοθετῶν ἀνέθηκεν τὸν Ἔ|ρωτα καὶ τὰ ἐν τῷ προναΐῳ θυ|ρώματα ἐκ τῶν ἰδίων τό τε ἱε|[ρὸ]ν ἐπεσκεύασεν.

Inter nobilissimas Boeotiae familias ea fuisse videtur, ad quam hic titulus cum quinque aliis Thespiensibus (n. 1829. 1866. 1867. 1868. 1871) et tribus Thebanis (n. 2517. 2520. 2521) spectat. Thespienses hos homines esse manifestum est, etsi utrum Thebani Thespiensibus hominibus statuas erexerint an illi lapides recentiore demum tempore Thebas deportati sint ambigi licet; ego quidem hoc longe probabilius esse existimo. Iam tres fuisse homines, Philinum natu maiorem, eius filium Mondonem, nepotem Philinum minorem ex tituli n. 2520 vera interpretatione a Kaibelio proposita apparet. Mondonis uxorem Archelam quae et Timoxena Lysandri et Dorcyli filiam fuisse n. 1867 docet; horum parentum alteram filiam Flaviam Dorcylida, nepotem ex ea Flavium Lysandrum (n. 1871) nominum rationes indicare videntur. Lysandrum Polycratidae f., quem habet monumentum Thebis asservatum n. 2517, ab hac cognatione non alienum esse existimaverim, quia Thespiensem hominem agonothesia Erotideorum illic commemorata demonstrat. Sed quia Flavio nomine caret, maiorem Lysandrum, Archelae patrem intellegere malo quam minorem, Dorcylidos filium. Eupraxin (n. 2521) minoris Philini filiam existimo, ita ut in eadem basi a sinistra parte avi eius Mondonis statua a civitate, a dextra patris ab ipsa dedicata collocata fuerit. Denique qui in titulo n. 1866 sine ulla originis aut cognationis mentione commemoratur T. Flavius Philinus, ab illorum utroque distiguendus et ad recentiorem aetatem referendus videtur. Etenim hic magistratibus reipublicae Romanae functus est usque ad praeturam et proconsulatum Lyciae Pamphyliaeque praetorium, cum illos in patria mansisse ibique municipales honores gessisse appareat. Atqui aliquem ex eorum posteris ad summos honores pervenisse probabilius est, quam vice versa senatorii hominis subolem in oppidum exiguum rediisse ibique muneribus civitatis functam esse. Quod vero sumpsi, hunc tertium Philinum secundi filium, Democliam eius uxorem fuisse (v. stemma), id plane incertum est, nam possunt etiam nonnullae aetates inter hunc et illum intercedere. Ceterum civitatem Romanam primus ex hac stirpe Mondo nactus videtur, nam eius pater Philinus natu maximus nomine gentili Romano etiam in eo titulo (n. 1867) caret, ubi filius Φλάουιος et nurus Φλαουΐα audit. Unde colligas, Mondonem Flaviorum imperatorum aetate (a. 69—96 p. Chr.) floruisse. Has igitur probabile est inter hos homines intercedere parentelae rationes:



1831 Basis marmoris subcaerulei a. 0,315, l. 0,97, c. 0,698, ex ecclesia diruta vici *Lefka* in museum Thespiense illata. Edd. Dodwell Itin. II p. 513. Holland *Travels* II ed. 2 p. 172 (Boeckh C. I. G. 1604. Stephani Mus. Rhen. IV p. 18). Leake *Travels in Northern Greece* II p. 481 tab. XVII n. 77 (Lebas *Inscr.* II, 400. K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 106). Plenius B. Haussoullier *Bulletin de corresp. Hellénique* II (1878) p. 591 n. 25 (W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 268. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 10 n. 20 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 269 n. 855. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 345). Imaginem partis sinistrae ex ectypo ab Haussoulliero misso delineatam proposuit E. Loewy *Inschr. Griech. Bildhauer* p. 59 n. 76. Exscripsit Lolling.

Α	Ρ	Χ	Ι	Α	[Σ]	Θ	Ρ	Α	Σ	Υ	Μ	[Α]	Χ	Ι	Ο	Σ		F	Α	Ν	Α	Ξ	Α	Ρ	Ε	Τ	Α	Χ	Α	Ρ	Μ	Ι	Δ	Α	Ο
Θ	Ρ	Α	Σ	Υ	Μ	Α	Χ	Ο	Ν	Χ	Α	Ρ	Μ	Ι	Δ	Α	Ο	Τ	Ο	Ι	Σ	Θ	Ε	Ο	Ι	Σ	Α	Ν	Ε	Θ	Ε	Α	Ν		
						Π	Ρ	Α	Ξ	Ι	Τ	Ε	Λ	Η	Σ	Α	Θ	Η	Ν	Α	Ι	Ο	Σ	Ε	Π	Ο	Η	Σ	Ε						

Vs. 1 quas uncis inclusi litteras, Lollingius non iam invenit in lapide. Inter ΟΣ et FΑ unius litterae spatium vacuum a lapicida relictum esse testatur idem. Artificis subscriptio paullo minores litteras habet quam dedicatio quae antecedit.

Ἀρχίας Θρασυμάχιος, Ϝαναξαρέτα Χαρμίδαο | Θρασύμαχον Χαρμίδαο τοῖς θεοῖς ἀνέθεαν.
Πραξιτέλης Ἀθηναῖος ἐπόησε.

Recte Loewyus negavit ullam esse causam, cur hoc opus a nobilissimo illo Praxitele abiudicaremus; neque enim litterarum formae quas ille repraesentat a posteriore quarti a. Chr. saeculi parte alienae sunt.

1832 Basis marmoris albi fracta a dextra, inventa inter rudera ecclesiae *ἁγίας Τριάδος* ad radices montis Heliconis, exstat Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Ed. I. Martha *Bulletin de corr. Hellénique* III (1879) p. 444 n. 2 (W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 238 *a*. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 337. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 255 n. 799). Imaginem tituli ex ectypo a Martha misso delineatam proposuit E. Loewy *Inschr. Griech. Bildhauer* p. 111 n. 150. Exscripsit Lolling.

ΛΟΥΣΙΣΠΕΔΑΓΕΝΕΙΑΤΟΝΑΔΕ
ΙΠ Π ΟΚΡΙΤΟΝΤ ΟΙΣΘΕΟΙ

ΣΩΣΙΣΕΠΟΗΣΕ

Ex Loewyi exemplo apparet, extremas litterarum hastas non apicibus quidem ornatas, sed tamen aliquantum dilatatas esse.

Λουσὶς Πεδαγενεία τὸν ἀδελ[φὸν] | Ἱππόκριτον τοῖς θεοῖ[ς]. | Σῶσις ἐπόησε.

De Soside statuario cf. quae exposui ad n. 432.

1833 Tabula marmoris albi, Thespiis (*Erimokastro*) olim immissa prelo oleario. Nunc est in museo. Ex Schillbachii apographo ed. K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 531 n. XXV (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 16 n. 31. W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 249. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 261 n. 810). Exscripsit Lolling.

ΤΟΜΕΝΕΟ
ΗΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΙΣ
ΝΠΑΤΕΡΑ
ΥΣΘΕΥΣ

ΞΠΟΙΗΣΕΝ

[Τὸν δεῖνα Ἀρι]στομένεος | [ὁ δεῖνα κ]ὴ Ἀριστομένεις | [τὺ υἱὺ τὸ]ν πατέρα | [ἀνέθιαν τ]ῦς θεῦς. | [. . . . . .] ἐποίησε.

Quod Meisterus negat, eorum qui dedicaverint nomina recte nomini proprio et appositioni ad id spectanti *[τὸ]ν πατέρα* mediis interponi, id multorum titulorum Graecorum testimonio refellitur, ex quibus unum attulisse satis habeo C. I. A. III, 717: *Πόπλιον Ἑρέ[ν|νι]ον Δέξιππον Πτολεμαίο[υ | Ἕρ]μειον οἱ παῖδες Ἑρέννιο[ς | Δέ]ξιππος καὶ Ἑρεννία Ἑρμω|νάκτεια τὸν πατέρα.* Quare non dubitavi eam restituendi tituli rationem sequi, quae omnium simplicissima est.

1834 Basis inventa inter rudera ecclesiolae *ἁγίας Τριάδος* in monte Helicone, ubi fuit lucus Musarum. Edd. Ulrichs *Annali dell' Inst. arch. Rom.* XX (1848) p. 54 n. X. Ex Rossii apographo K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 78 n. XV *b* (Lebas *Inscr.* II, 393). Exscripsit Lolling.

ΔΙΩΝΣΩΚΡΑ
ΤΟΥΣΚΑΙΣΥΡΙΝΑ
ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ
ΤΗΝΘΥΓΑΤΕ
ΡΑΖΩΙΛΑΝΙΕ
ΡΗΤΕΥΣΑΣΑΝ
ΘΕΟΙΣ

Δίων Σωκρά|τους καὶ Συρίνα | Καλλιστράτου | τὴν θυγατέ|ρα Ζωΐλαν ἱε|ρητεύσασαν | θεοῖς.

1835 Lapis leucophaeus, Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Exscripsit Lolling.

ΟΣΘΕΣΠΙ
ΡΑΑΡΧΙΕΡΕΙ
ΙΔΙΚΤΑΤ
ΟΤΡΙΤΟΝΤ
ΕΥΕΡΓΕ

[Ὁ δῆ]μος Θεσπι[έων Γ(άιον) Ἰούλιον]
[Καίσα]ρα, ἀρχιερεῖ[α μέγισ-]
[τον κα]ὶ δικτάτ[ορα, ὕπα-]
[τον τ]ὸ τρίτον, τ[ὸν σωτῆρα]
[καὶ] εὐεργέτ[ην, θεοῖς].

Haec supplementa spatii rationibus flagitari videntur. Nam si numerum iterationis indicem, qui vs. 4 est, ad dictaturam antea commemoratam referas, non intellegitur, quid vs. 3 extr. et 4 init. scriptum fuerit. Tertium Caesaris consulatum in annum a. u. c. 708 (a. Chr. 46) incidere notum est.

1836 Basis inventa in parietinis ecclesiae *ἁγίας Τριάδος* in monte Helicone; nunc est Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Ed. P. Decharme *Archives des missions* Ser. II Tom. IV (1867) p. 535 n. 50. Exscripsit Lolling.

ΔΗΜΟΣΘΕ
ΕΩΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΚΑΙΣΑΡΑΘΕΟΥΥΙΟΝΤΟΝ
ΣΩΤΗΡΑΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΜΟΥΣΑΙΣ

Ὁ δῆμος Θεσ[πι]|έων Αὐτοκράτορα | Καίσαρα θεοῦ υἱόν, τὸν | σωτῆρα καὶ εὐεργέτην, | Μούσαις.

Monumentum dedicatum post annum 30, sed ante annum 27 a. Chr., quo Caesar nomen Augusti assumpsit.

1837 Basis marmoris albi, in superficie vestigia pedum statuae. Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Exscripsit Lolling.

Ο ΔΗΜΟϹ
ΤΙΒЄΡΙΟΝΚΑΙϹΑΡΑΔΗΜΑΡΧΙ
ΚΗϹЄ Ξ Ο Υ Ϲ ΙΑϹΤΟΠЄΝΤЄ
ΚΑΙ ΔЄ Κ Α Τ Ο ΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟ
ΡΑΤΟΠΕ Μ ΠΟΝ ΜΟΥϹΑΙϹ

Ὁ δῆμος | Τιβέριον Καίσαρα, δημαρχι|κῆς ἐξουσίας τὸ πεντε|καιδέκατον, αὐτοκράτο|ρα τὸ πέμπ(τ)ον, Μούσαις.

Quintus decimus Tiberii tribuniciae potestatis annus a Calendis Iuliis a. 13 p. Chr. usque ad eundem anni insequentis diem pertinet (cf. Th. Mommsen *Röm. Staatsrecht* II, 2 p. 797. 799). At sextam salutationem imperatoriam ei iam aliquot annis ante (a. 11 p. Chr.) obtigisse Mommsenus statuit (Res gestae divi Augusti ed. 2 p. 16). Quae sententia si recte se habet, numerus quinarius lapicidae Thespiensis errori tribuendus est. Sed de sexta acclamatione nihil omnino traditum esse ipse Mommsenus concedit. Scimus enim ex Cassio Dione LVI, 17, anno 9 p. Chr. Tiberium una cum Augusto imperatorem factum esse; eamque salutationem Augusti undevigesimam, Tiberii quintam esse colligitur ex nummo ap. Cohen n. 27. Ex altera parte iam brevi ante Augusti mortem (a. d. XIV. Cal. Septembr. a. 14 p. Chr.) Tiberium imperatorem VII fuisse nummi Lugdunenses a Mommseno allati docent. Quod quoniam medio inter hos annos tempore sextam salutationem factam esse apparet, id cum titulo Thespiensi facile sic conciliari poterit, ut illam acclamationem ad auctumnum aut hiemem anni 13 p. Chr. referamus, titulum vero paullo ante incisum statuamus. Sic sane teneri non potest sententia a Mommseno prolata, Augustum et Tiberium per illos annos nunquam separatim, sed semper una imperatores salutatos esse. Nam Augustum quidem iam anno 11 p. Chr. vigesimam salutationem nactum esse constat. Sed titulum Thespiensem non unum esse, cuius testimonium cum hac opinione conciliari nequeat, ex ipsa Mommseni disputatione apparet. Neque vero silentio praetermittendum est, nullas res notas esse usquam terrarum anno 13 p. Chr. gestas, propter quas Tiberio tum potissimum imperatoriam salutationem obtigisse probabile sit. Quare nescio an tamen Mommseni sententia probanda sit omnesque illi lapicidae erroris atque neglegentiae insimulandi.


1838 Basis lapidis albi, Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Exscripsit Lolling.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΝΕΡΟΥΑΝ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ
ΝΕΡΟΥΑΥΙΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΑΣΕΒΑ
ΣΤΟΝΓΕΡΜΑΝΙ
ΚΟΝ ΗΠΟΛΙΣ

Αὐτοκράτορα | Νέρουαν | Τραϊανόν, | Νέρουα υἱόν, | Καίσαρα Σεβα|στὸν Γερμανι|κὸν ἡ πόλις.

Traianus quum iam Nerva superstite (a. 97 p. Chr.) una cum illo Germanicus vocatus esset, anno 102 a. Chr. exeunte aut initio anni 103 Dacici cognomen nactus est. Quo cum hic etiamtum careat, annorum 98—102 p. Chr. terminis huius tituli originem contineri apparet.

1839 Fragmentum basis magnae lapidis leucophaei, Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Ed. Ulrichs *Annali dell' Inst. arch. Rom.* XX (1848) p. 54 n. VIII. Particula *b* periisse videtur, *a* exscripsit Lolling.



[Αὐτ]οκρά[τορα] | θεοῦ Νέρο[υα υἱω]|νόν, Τραϊα[νοῦ υἱ]|όν, Ἁδριανὸ[ν Καί]|σαρα Σεβαστὸ[ν] | Γερμανικὸν Δακι|κὸν Παρθικὸν ἄρι|στον ἡ πόλις.

Cognomina Germanici, Dacici, Parthici, Optimi a Traiano hereditario iure accepta Hadrianus non gessit nisi per initia principatus. In nummis certe iam altero anno imperii plerumque haec voces omittuntur. Ceterum vs. 3. 4 si quis cogitaverit de supplemento *Τραϊα[ν]|ὸν Ἁδριανόν*, is non modo spatii rationibus refutetur, sed etiam ea re, quod nullo modo avum Nervam commemorari, patrem Traianum silentio premi licuit. Contra quod in nostro supplemento *θεοῦ* ante Traiani nomen desideratur, id sane ipsum quoque a more abhorret, sed nequaquam inauditum est (cf. n. 1838 *Νέρουα υἱόν*).

1840 Lapis inaedificatus in pariete ecclesiae S. Blasii in vico *Palaeopanagia*. Edd. ex Rhusopuli apographo minusculis litteris Pittakis Eph. p. 1483 n. 25. Ex Rossii et Schillbachii exemplis K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 532 n. XXVII. Exscripsit Lolling.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΚΑΙΣΑΡΙΤΡΑΙΑΝΩΙΑΔΡΙΑΝΩ///
ΣΕΒΑΣΤΩΙ
ΣΩΤΗΡΙΚΑΙΚΤΙΣΤΗ///
ΤΗΣΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ

Αὐτοκράτορι | Καίσαρι Τραϊανῷ Ἁδριανῶ[ι] | Σεβαστῷ, | σωτῆρι καὶ κτίστη[ι] | τῆς οἰκουμένης.

1841 Thespiis (*Erimokastro*). Edd. Meletius *Geogr.* p. 344 (Boeckh C. I. G. 1614). Lebas *Inscr.* II, 412. Periisse videtur.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΤΡΑΙΑΝΟΝΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΑΣΕΒΑΣΤΟΝΤΟΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΚΑΙΚΤΙΣΤΗΝΗΠΟΛΙΣΘΕΣΠΙΕΩΝ
ΘΕΟΙΣ

Αὐτοκράτορα Τραϊανὸν Ἁδριανὸν | Καίσαρα Σεβαστόν, τὸν εὐεργέτην | καὶ κτίστην, ἡ πόλις Θεσπιέων | θεοῖς.

1842 Fragmentum basis lapidis leucophaei, Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Exscripsit Lolling.

/////////// Ρ Ι Α Ν Ο Ν
CЄΒΑCΤΟΝЄΥCЄΒΗ///
Ͻ Ν Η Π Ο Λ Ι C
Ρ Γ C Τ Η Ν

[Αὐτοκράτορα Καίσαρα | Τίτον Αἴλιον Ἁδ]ριανὸν | [Ἀντωνεῖνον] Σεβαστὸν Εὐσεβῆ | [ἀρχιερέα μέγιστ]ον ἡ πόλις | [ἡ Θεσπιέων τὸν εὐε]ργέτην.

1843 Basis lapidis subcaerulei; a sinistra adiunctus erat alius lapis, qui initia versuum continebat. Monumentum inaedificatum in orientali pariete ecclesiae S. Blasii sitae iuxta vicum *Palaeopanagia* occidentem versus. Ed. Pittakis Eph. 3074. Exscripsit Lolling.

ΜΟΔΟΝΚΑΙΣΑΡΑ
ΩΝΕΙΝΟΥΑΥΤΟΚΡΑ
ΗΠΟΛΙΣ

[Λούκιον Αὐρήλιον Κό]|μοδον Καίσαρα, | [Μάρκου Ἀντ]ωνείνου Αὐτοκρά|[τορος Σεβαστοῦ υἱόν,] ἡ πόλις.

Commodus Caesaris nomen accepit a. 166 p. Chr. Inter hunc annum et a. 177 p. Chr., quo tempore a patre in societatem imperii receptus imperator Augustus vocari coeptus est, hoc monumentum erectum est. Accuratius tempus constitui nequit; nam titulis Germanici (ab a. 172 p. Chr.) et Sarmatici (ab a. 175 p. Chr.) omissis nihil momenti tribuendum videtur.

1844. 1845 Marmor, quod olim cum alio a sinistra adiuncto basin statuarum duarum efficiebat, inventum in ruderibus ecclesiae S. Georgii duobus milibus metrorum Gallicorum a vico *Neochori*, prope viam qua Thespias itur. Nunc est Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Ed. P. Decharme *Archives des missions* Ser. II Tom. IV (1867) p. 527 n. 30. Contulit Lolling.

(1844)	(1845)
ΝΙΝΟΝ	ΙΟΥΛΙΑΝΔΟΜΝΑΝCЄΒΑCΤΗΝ///
ΜΙΟΥ	ΓΥΝΑΙΚΑΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC
ΑΚΟC	ΛCЄΠΤΙΜΙΟΥCЄΒΗΡΟΥ
ΝΙΚΟΥ	ΠЄΡΤΙΝΑΚΟCΑΡΑΒΙΚΟΥΑΔ/// ///
ΤΟΡΟC	ΒΗΝΙΚΟΥΚΑΙΜΗΤЄΡΑΜΑΡΚΟ///
	ΑΥΡΗΛΙΟΥΑΝΤΩΝΙΝΟΥΚΑΙCΑΡΟC///

1844 [Μᾶρκον Αὐρήλιον Ἀντω]νῖνον, | [υἱὸν Καίσαρος Λ(ουκίου) Σεπτι]μίου | [Σεβήρου Περτίν]ακος | [Ἀραβικοῦ Ἀδιαβη]νικοῦ | [ἀνικήτου αὐτοκρά]τορος.

1845 Ἰουλίαν Δόμναν Σεβαστὴν | γυναῖκα Αὐτοκράτορος | Λ(ουκίου) Σεπτιμίου Σεβήρου | Περτίνακος Ἀραβικοῦ Ἀδ[ια]|βηνικοῦ καὶ μητέρα Μάρκο[υ] | Αὐρηλίου Ἀντωνίνου Καίσαρος.

Hoc monumentum erectum esse, priusquam Caracalla a patre in societatem regni reciperetur, ex tituli n. 1845 fine, ubi is simpliciter Caesar vocatur, apparet. Quare neque ante a. 193 neque post 198 p. Chr. dedicatum est.

1846 Thespiis (*Erimokastro*). Ed. Dodwell Itin. T. II p. 513 (Boeckh C. I. G. 1618. Lebas *Inscr.* II, 413). Periisse videtur.

ΚΑΙCΑΡΟCCЄΠΤΙΜΙΟΥ
CЄΒΗΡΟΥΠЄΡΤΙΝΑΚΟC
ΑΡΑΒΙΚΟΥΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΥ
ΑΝΙΚΗΤΟΥΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC

Καίσαρος Σεπτιμίου | Σεβήρου Περτίνακος | Ἀραβικοῦ Ἀδιαβηνικοῦ | ἀνικήτου αὐτοκράτορος.

Memorabilis huic fragmento similitudo intercedit cum n. 1844, cuius tituli versuum 2—5 fines accurate hic recurrunt. Quare non abhorret a veri similitudine, eiusdem monumenti lapidem dextrum hunc esse. Sed sic statuendum esset, litteras cuiusque versus finales, quae illic sunt, hic suppletas esse a Dodwello. Nam si etiamtum utrumque lapidem coniunctum invenisset, cur non Iuliae Domnae quoque titulum exscripsisset non intellegitur.

1847 Thespiis (*Erimokastro*). Ed. ex Rossii apographo K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 111 n. XXVII*c* (Lebas *Inscr.* II, 414).

ΑΕΣΙΣΤ.
ΤΑΤΟΝ.
ΤΟΝΔΕΣ.
. . ꟺΩΝ . .
. . ΟΝΑ
ΗΠΟΛΙΣ

[... τὸν μ]έ[γ]ιστ[ον καὶ | θειό]τατον [Σεβ|ασ]τὸν δεσ[πότ|ην ἡ]μῶν [ἀνεί|κητ]ον α[ὐτο|κράτορα] ἡ πόλις.

Vs. 3. 4 voces τὸν δεσπότην ἡμῶν agnovit Keilius, reliqua supplementa mea sunt.

1848 Fragmenta duo basis. Ed. G. Kaibel Hermae VIII p. 418 n. 13. — *a* exstat Thespiis (*Erimokastro*) in museo, ubi exscripsit Lolling et ectypum chartaceum confecit. — *b* periisse videtur.


a | *b*

ΤΟΝΔΕϹΠΟΤΗΝΗΜ | ΩΝΤΟΝΑΝΕΙΚΗΤΟΝϹΕΒ
Φ Λ Ā Κ Ω | Ν Ϲ Τ Α Ν Τ Ε Ι Ν Ο Ν

Τὸν δεσπότην ἡμῶν τὸν ἀνείκητον Σεβ[αστὸν] | Φλά(βιον) Κωνσταντεῖνον.

Statua Constantini Magni erecta eo tempore, quo is omnibus aemulis devictis imperium totius orbis Romani tenebat (a. 323—337 p. Chr.).

1849 Lapis integer praeter angulum sinistrum superiorem; ab utraque parte alii lapides adiuncti erant. Planicies antica convexa, ut appareat partem fuisse basis magnae rotundae. Inventus lapis ad fontem *Dendra* meridiem versus a vico *Erimokastro*; nunc est in ipso vico in museo. Edd. K. Keil ex Rossii apographo Sylloge Inscr. Boeot. p. 111 n. XXVII*b*. Ulrichs *Annali dell' Instituto arch. Rom.* XX (1848) p. 54 n. VII. Exscripsit Lolling.



Initio nihil nisi versus 1. 2. 4 in lapide fuisse testatur Lolling; postea, ut ex scripturae discrepantia appareat, additum versum tertium. Litteras ΛΙϹ vero animi causa ab homine nescio quo leviter insculptas esse. Similia etiam supra titulum in margine prominente fuisse, sed deleta esse.

Quem Lollingius testatur antiquissimum titulum fuisse, is sine dubio sic supplendus est:

Τοὺς δεσπότας ἡμῶν Αὐγ[ούστους]
[Φλά(βιον)] Βαλλεντινιανὸν καὶ Φλά(βιον) Βάλ[λεντα]
ἡ πόλις.

Dedicatae igitur sunt statuae eo temporis spatio, quo hi fratres coniunctim regnaverunt (a. 363—378 p. Chr.). At quonam consilio postea addita sint duorum *antiquiorum* imperatorum nomina, obscurissimum est; antiquiores vero Valentiniano et Valente utique sunt, qui hic commemorati fuerunt. Quin [Φλάβ(ιον) Κω]νστάντιον καὶ Φλάβ(ιον) Κων[σταντεῖνον] supplendum sit, vix dubitari licet, sive de Constantio Chloro et Constantino Magno cogitare malumus, sive, id quod mihi quidem magis placet, de Constantini Magni filiis duobus minoribus, qui post fratris natu maximi Constantini mortem aliquantisper (a. 340—350 p. Chr.) una regnaverunt.

1850 Basis a. 0,34, l. 0,92, c. 0,70, inventa inter rudera ecclesiae ἁγίας Τριάδος in monte Helicone, exstat Thespiis (*Erimokastro*) in museo n. 61. Edd. K. Keil ex Rossii schedis Sylloge Inscr. Boeot. p. 135 n. XXXIV*b* (Lebas *Inscr.* II, 394). P. Decharme *Archives des missions* Ser. II Tom. IV (1867) p. 535 n. 49. Kumanudis Ἀθηναίου VII p. 287 n. 8. Exscripsit Lolling.

ΟΔΗΜΟΣΠΟΠΛΙΟΝΣΕΞΤΙΟΝ
ΚΑΛΟΥΙΝΟΝ ΜΟΥΣΑΙΣ

Ὁ δῆμος Πόπλιον Σέξτιον | Καλουῖνον Μούσαις.

Ex notis Sextiis nemo est, quantum sciam, cui praenomen Publius et cognomen Calvinus una tribuantur. Ceterum hunc titulum extremis liberae reipublicae temporibus aut initio principatus incisum esse non improbabile existimo.

1851. 1852 Lapis albus qui quondam cum aliis, qui eum utrimque attingebant, commissus erat. Planicies antica, quae titulum habet, paullulum concava, postica convexa. In superficie compluria foramina. In parietinis ecclesiolae ἁγίας Τριάδος, quae est in valle Musarum inter *Kryopigadi* a meridionali et *Trikali* a septentrionali parte. Exscripsit Lolling.

(1851)

ΟΔΗΜΟΣΘΕΙΣΤ////////////////ΣΠΙΝΑΝ
ΜΑΡΚΟΥΤΟΥΝΙΟ////////////ΑΝΟΥΓΥΝΑΙΚΑ
ΜΟΥΣΑΙΣ

(1852)

ΟΔΗ
ΜΑΡΚ

1851 Ὁ δῆμος Θεισπ[ιέων Κρι]σπῖναν, | Μάρκου [Ἰ]ουν[ί]ο[υ Σιλ]ανοῦ γυναῖκα, | Μούσαις.

1852 Ὁ δῆ[μος Θεισπιέων] | Μᾶρκ[ον Ἰούνιον Σιλανὸν | Μούσαις].

De Iuniis Silanis qui cum Ciceronis aetate, tum Iuliorum Claudiorumque imperio fuerunt, accurate exposuit Th. Mommsenus Eph. epigr. I p. 55—67. 151. Quorum in numero tot sunt Marci, quorum de uxoribus nihil traditum sit, ut plane explorari nequeat, quisnam potissimum sit hic M. Iunius Silanus Crispinae cuiusdam maritus.

1853 Fragmentum basis parvae lapidis leucophaei, Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Exscripsit Lolling.

///////////////
ΟΔΗΜϹ
ΔΕΚΜϹ
ΜΕΝΟΝ
vac.

Ὁ δῆμο[ς ὁ Θεσπιέων] | Δέκμο[ν .... σωτῆρα γενό]|μενον [ἑαυτοῦ καὶ εὐεργέτην].


1854 Tabula lapidis leucophaei, quae quondam imposita erat basi statuae. Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Exscripsit Lolling.

//
ΝΚΟΡΝΗΛΙΑΝΣΕΙΣΕΝΝΑ
ΤΑΥΡΟΥΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

[Ὁ δῆμος Θεσπιέω]ν Κορνηλίαν Σεισέννα
[Στατειλίου] Ταύρου ἀρετῆς ἕνεκεν.

Sisenna Statilius Taurus pontifex fuit (C. I. L. V, 332), consul a. 16 p. Chr. De eius uxore Cornelia quantum scio praeter hunc titulum nullum exstat testimonium.

1855 Tabula marmoris albi, a. 0,24, l. 0,30, c. 0,36, quae quondam operculum basis efficiebat; in superficie vestigia pedum statuae et foramina prope marginem sinistrum, ex quibus apparet hunc lapidem ab ea parte olim cum alio commissum fuisse. Ex ruderibus ecclesiae ἁγίας Τριάδος translatus est lapis in museum Thespiense. Ed. I. Martha *Bulletin de corresp. Hellénique* III (1879) p. 445 n. 4. Exscripsit Lolling.




Ἄνδρα φίλον Μούσαις καὶ — ⏖ — ◡◡ — ⏓
Ἑλλάδος ἀνθύπατον — — ιον, [ἁγνὸν ἅπασιν,]
Θεσπιάδης τε καὶ Εὐστέφιος Μουσ[ῶν παρὰ ναὸν]
στῆσαν, Περμησσοῖο πέλας ζαθέου [ποταμοῖο].

Magna similitudo huic titulo intercedit cum aliis hominum nobilissimorum, qui quarto quintoque p. Chr. n. saeculis Graeciae praefuerant, elogiis metricis (n. 93. 94. 95. 96. C. I. A. III, 636. 637. 638. 639. 640. 776). Quo minus dubito hoc monumentum ad idem tempus referre; neque enim priore aetate Ἑλλάδος ἀνθύπατοι dici solebant, sed Ἀχαΐας, neque magistratuum Romanorum aut praesidum provinciae statuae antiquiores dedicationes metricas habent.

1856 In latere angusto eiusdem lapidis qui in latiore parte habet titulum n. 1857. Pars tituli maxima (*a*), quae in eodem fragmento lapidis est, in quo ille titulus, ed. I. Martha *Bulletin de corr. Hellénique* III (1879) p. 443 n. 1. Coniunctum cum frustulo *b* exscripsit Lolling. Tertium fragmentum (*c*), item a Lollingio in museo Thespiensi exscriptum, adiunxi.

c *a*



Ἡ *βουλὴ καὶ ὁ δῆμος* Θεσπιέων | Νεικοφάνην Φαράδου, *νεικήσαν|τα* Ἴσθμια *καὶ* Νέμεια *καὶ τετρά|κις* Καισάρεια *ἐν* Κορίνθῳ, *τετρά[κ]|ις* Ἐλ[ε]υθέρεια *ἐν* Πλαταιαῖς, *ἐν* Θεσ|[σα]λο[νε]ίκῃ *πυθικοὺς καὶ ἰσθμικοὺς τῇ* | *[αὐ]τῇ ἡ[μ]έρᾳ, καὶ γυμνασιαρχήσαντα.* Cf. adn. ad n. 1857.

1857 Magnum marmor album quadratum, a. 0,43, in superficie complura foramina. In latiore planicie hic titulus, in latere angusto n. 1856. Inventus lapis in ecclesia diruta *ἁγίας Τριάδος* ad radices Heliconis, exstat Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Ed. P. Decharme *Archives des missions* Ser. II Tom. IV (1867) p. 533 n. 48. Exscripsit Lolling.


ΚΟΙΝΟΝΜΑΓΝΗΤΩΝΕΝΔΗΜΗΤΡΙΑΔΙ
ΤΡΙΣΗΡΑΚΛΕΙΑΕΝΘΗΒΑΙΣΤΕΤΡΑΚΙΣΕΝΧΑΛ
ΚΙΔΙΛΕΙΒΙΔΗΑΤΡΙΣΚΑΙΣΑΡΗΑΕΝΤΑΝΑΓΡΑΤΡΙΣ
ΚΟΙΝΟΝΘΕΣΣΑΛΩΝΕΝΛΑΡΕΙΣΗΔΙΣΕΡΩΤΙ
ΔΗΑΤΡΙΣ

. . . *κοινὸν* Μαγνήτων *ἐν* Δημητριάδι | *τρίς*, Ἡράκλεια *ἐν* Θήβαις *τετράκις, ἐν* Χαλ|κίδι Λειβίδηα *τρίς*, Καισάρηα *ἐν* Τανάγρᾳ *τρίς*, | *κοινὸν* Θεσσαλῶν *ἐν* Λαρείσῃ *δίς*, Ἐρωτί|δηα *τρίς*.

Etsi non ab eadem manu hos duos titulos incisos esse apparet, tamen cave de basi postea in alium usum vocata cogitaveris victoriarumque indices ad duos homines rettuleris. Nam primum quidem ipsa ludorum nomina eandem aetatem monstrant, Augusti principatum, cum tamen improbabile sit, intra paucorum annorum spatium alterius victoris statuam deiectam, alterius impositam esse. Deinde vero vix casui tribuendum est, quod nullius ludi nomen utrobique occurrit. Apparet igitur titulum n. 1856 principalem esse, cui deinde quasi quaedam appendix laterculi victoriarum additus sit n. 1857. Inde simul apparet, etsi planicies quae titulum n. 1856 habet angustior est, tamen hanc partem anticam esse monumenti.


1858 Marmor parvum inaedificatum in pariete septentrionali ecclesiae imperfectae quae est iuxta ecclesiam S. Demetrii in ea parte vici *Erimokastro* quae vocatur *Mulki*. Exscripsit Lolling.

corona



Πείραια | *τρίς*.

1859 Fragmentum marmoris subcaerulei quadrati inventum prope leonem Thespiensem, exstat in vico *Erimokastro* in museo. Exscripsit Lolling.



Ἐν Γόρτυν[ι] | *κοινὸν* [Κρητῶν] | *τὸν ἰσο[λύμπιο]|ν παγ[κράτιον]* | *πα[ίδων . . . . .]*.

1860 Thespiis (*Erimokastro*). Ed. Meletius Geogr. p. 344 (Boeckh C. I. G. 1630. Lebas *Inscr.* II, 408). Periisse videtur.

ΘΕΣΠΤΕΩΝΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΑΡΥΦΟΝΠΑΡΑΜΟΝΟΥΑΡΕΤΗΣΕΙΝΕΚΕΝ

Θεσπ[ι]έων ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | Ἀρ.. ον **Παραμόνου** *ἀρετῆς εἵνεκεν.*

1861 Lapis leucophaeus oblongus, Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Exscripsit Lolling.

ΠΡΩΤΟΓΕΝΗΝΠΡΩΤΑΡΧΟ.. ΛΙΙΙΙΙ
ΓΗΝΠΑΙΔΙΚΗΝΚΑΙΤΑΣΓΙΝΟΜΕ
ΙΜΣΕΙΣΤΟΥΣΠΑΙΔΕΥΤΑΣΤΩΝΠΑΙ
ΔΩΝΔΑΠΑΝΑΣ ΘΕΟΙΣ

[Ὁ δῆμος] **Πρωτογένην Πρωτάρχο***[υ διὰ | τὴν ἀρχὴν] τὴν παιδικὴν καὶ τὰς γινομέ|[ν]ας εἰς τοὺς παιδευτὰς τῶν παί|δων δαπάνας θεοῖς.*

Protogenem, qui in hoc et eo qui proxime sequitur titulo collaudatur, magistratum gessisse *παιδονόμου* sive quo alio nomine apud Thespienses praefectus educationis puerorum appellabatur, in eoque magistratu eximia munificentia laudem meruisse manifestum est. Qua re supplementum a me vs. 1 fin. 2 init. adhibitum satis commendari existimo, etsi inusitate *ἀρχὴν παιδικὴν* vocari eiusmodi magistratum concedo. At aut magistratus mentionem illic fuisse manifestum est, aut benevoli erga pueros animi; sed hanc notionem multo minus etiam quam illam substantivo cui adiungeretur adiectivum *τὴν παιδικὴν* significari potuisse existimo. Protogenes Protarchi f. et Protarchus Protogenis f. Thespienses inter victores recensentur n. 2727.

1862 Tabula lapidis duri leucophaei, quae olim summam partem basis altae efficiebat, inventa in vico *Nichori*, exstat Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Edd. Wheler Itin. p. 471. Spon Itin. T. III P. II p. 226 (Boeckh C. I. G. 1631. Lebas *Inscr.* II, 409). Exscripsit Lolling.

ΘΕΣΠΙ.. ΝΟΙΠΑΙΔΕΣΚΑΙΠΑΡΟΙΚΩΙ//////// ΙΡΩ.. Λ ////// .. ΩΝΠΡΛ ////////////////
ΟΜΕΝΩΝΕΝΘΕΣΠΙΑΙΣΠΡΩΤΟΓΕΝΗΝΠΡΩΤΑΡΧΟΥΤΟΝΚΡΙΣ///ΙΠΑΤΕ
ΡΑΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΗΝΕΑΥΤΩΝ

Θεσπι[έω]ν οἱ παῖδες καὶ παροίκω[ν κα]ὶ Ῥωμα[ίων] τῶν πρα[γματευ]|ομένων ἐν Θεσπιαῖς Πρωτογένην Πρωτάρχου τὸν κρίσ[ε]ι πατέ|ρα καὶ εὐεργέτην ἑαυτῶν.

1863 Superior pars basis marmoris albi, a. 0,42, l. 0,65, c. 0,28, fracta in quattuor partes. Inventus lapis inter rudera Thespiarum, deinde inaedificatus fuit in domo M. Ch. Melissaris in vico *Erimokastro*, nunc est in museo n. 84. Edd. G. Kaibel Hermae VIII p. 418 n. 12. Accuratius, sed litteris minusculis, Kumanudis *Ἀθηναίου* VII p. 288 n. 10. Exscripsit Lolling.

ΟΔΗΜΟΣΘΕΣΠΙΕΩΝ
ΛΕΥΚΙΟΝΜΑΡΚΙΟΝ
ΚΑΛΛΙΠ////ΟΝΠΟΛΥΚΡΑ
ΤΙΔΟΥΥ////ΟΝΑΡΙΣΤΑ
ΠΟΛΕΙΤΙ///ΥΣΑΜΕΝΟΝ
ΘΕΟΙΣ

Ὁ δῆμος Θεσπιέων | Λεύκιον Μάρκιον | Κάλλιπ[π]ον Πολυκρα|τίδου υ[ἱ]όν, ἄριστα | πολειτ[ε]υσάμενον, | θεοῖς.

1864 Lapis inventus ad ecclesiam S. Charalampi sitam occidentem versus a Thespiis (*Erimokastro*), nunc in museum Thespiense illatus. Edd. Pittakis Eph. 2439 (K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 599). Lebas *Inscr.* II, 411. Accuratius I. Schmidt *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* V (1880) p. 123 n. 10. Exscripsit Lolling.

ΤΟΝΕΠΩ'
ΦΛΑΡΧΕ//////

Τὸν ἐπώ[νυμον ἄρχοντα] | Φλ(άουιον) Ἀρχέλ[αον ....].

1865 Basis lapidis albi a. 0,98, l. 0,65, c. 0,50, inventa in loco Φρία vici *Erimokastro*, exstat in museo n. 83. Ed. Kumanudis Ἀθηναίου VII p. 288 n. 9. Exscripsit Lolling.

ΗΠΟΛΙΣ
Τ̄Φ̄Λ̄ ΑΡΙΣΤΩΝΑ Τ̄Φ̄Λ̄
ΑΛΚΕΤΟΥΥΙΟΝΑΡΕΤΗΣ
ΞΝΕΚΕΝΚΑΙΤΩΝΕΙΣΑΥΤΗ
¯ΥΠΟΙΙΩΝΕΠΕΜΕΛΗΘΗΟ
\ΔΕΛΦΟΣΑΥΤΟΥΤΦΛΛΟ' *sic*
ΙΟΣΦΟΥΣΚΟΣ

Ἡ πόλις | Τ(ίτον) Φλ(άουιον) Ἀρίστωνα, Τ(ίτου) Φλ(αουίου) | Ἀλκέτου υἱόν, ἀρετῆς | ἕνεκεν καὶ τῶν εἰς αὐτή[ν] | εὐποιιῶν. ἐπεμελήθη ὁ | ἀδελφὸς αὐτοῦ Τ(ίτος) Φλ[ά]ου|ιος Φοῦσκος.

1866 Lapis inventus prope ecclesiam S. Charalampi, nunc inaedificatus in adyto ipsius ecclesiae, e regione portae sinistrae. Edd. E. Curtius Mus. Rhen. II (1843) p. 105 n. 5. Leake *Travels in Northern Greece* II p. 481 tab. XVI n. 73 (K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 134 n. XXXIV. Lebas *Inscr.* II, 416). Pittakis Eph. 2438. 3078. Contulit Lolling.

Τ̄ Φ̄Λ̄ΦΙΛΕΙΝΟΝΤΟΝ
ΚΡΑΤΙΣΤΟΝΤΑΜΙΕΥ
ΣΑΝΤΑΑΣΙΑΣΤΡΙ
ΒΟΥΝΟΝΠΡΑΙΤΟΡΑ
ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑΚΥ
ΠΡΟΥΑΝΘΥΠΑΤΕΥ
ΣΑΝΤΑΛΥΚΙΑΣΠΑ[Ν]
ΦΥΛΙΑΣΗΠΑΤΡΙΣΤΟ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Quam uncis inclusi litteram Lollingius non iam invenit in lapide. Reliquas omnes etiamnunc agnosci, etsi nonnullae paullulum laesae sint, scribit idem.

Τί(τον) Φλ(άουιον) Φιλεῖνον τὸν | κράτιστον, ταμιεύ|σαντα Ἀσίας, τρι|βοῦνον, πραίτορα, | πρεσβεύσαντα Κύ|πρου, ἀνθυπατεύ|σαντα Λυκίας Παν|φυλίας, ἡ πατρὶς τὸ[ν] | εὐεργέτην.

Keilius hunc Philinum non ante Vespasianum, sed fortasse sub Domitiano vel adeo post eum fuisse existimat. Sed hoc, quod postremo loco dubitanter proponit, certissimum est. Primum enim Flavium nomen, quod certe ab imperatoribus repetendum est, iam aliquot aetatibus ante hunc hominem in eadem civitatis Thespiensium familia fuisse vidimus ad n. 1830. Deinde omnino improbabile est, hominem Graecum ex oppidulo obscuro oriundum ante Hadriani et Antoninorum aetatem ad praeturam et proconsulatum pervenisse. Denique, id quod gravissimum est, hic ipse Lyciae Pamphyliaeque proconsulatus nullus fuit ante Hadrianum. Etenim in provinciae quidem formam hae regiones iam a Claudio a. 43 p. Chr., et cum a Nerone libertas eis reddita esset, iterum a Vespasiano a. 74 p. Chr. redactae sunt. Sed a legatis imperatoris administrabantur, donec Hadrianus a. 135 p. Chr. eas senatui concessit Bithyniae loco, quam provinciam ad id tempus senatoriam tum in suam recepit administrationem. Sed ex titulo apud Lebas-Waddington III n. 1286 iure homines docti collegerunt, Antonini Pii principatu per aliquod tempus Lyciam et Pamphyliam a legatis Caesaris administratam esse. Alterius vero p. Chr. saeculi exeuntis et tertii ineuntis complures noti sunt proconsules. Coniunctae manserunt provinciae usque ad initia saeculi quarti (cf. Marquardt *Römische Staatsverwaltung* I p. 374 sqq.). Quibus omnibus reputatis hoc monumentum non multo post medium saeculum p. Chr. secundum dedicatum existimaverim.

1867 Basis quadrata lapidis leucophaei inventa in parte occidentali veteris Thespiensium oppidi, deinde in multas particulas fracta, ex quibus tres in vico *Erimokastro* exstant in museo. Integrum etiamtum titulum exscripsit P. Stamatakis et ed. *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* IV (1879) p. 191. Fragmenta quae sunt in museo exscripsit Lolling.

[*Textum vide pag. seq.*]

Φλαουίαν Ἀρχέλαν τὴν | καὶ Τειμοξέναν, Λυσάν|δρου καὶ Δορκύλου θυ|γατέρα, ἱέρειαν διὰ βίου | Δήμητρος Ἀχέας, ἔκγο|νον δὲ τῶν τὸν Διό|νυσον ἀναθέντων, | Φλάουιος Μόνδων Φι|λείνου υἱὸς τὴν ἑαυτοῦ | γυναῖκα.

De horum hominum cognationibus cf. quae exposui ad n. 1830. Quod laudis honorisque causa additur, Archelam originem duxisse ab iis hominibus qui Bacchi statuam dedicassent, id non potest non admonere tituli n. 2233, ubi refertur Ti. Claudium Urbanum cum uxore Claudia Philonicha et liberis dedicasse τὸν οἶκον καὶ τὸν Διόνυσον. Sed ille titulus quum in domo aliqua vici *Kakosi* inaedificatus sit, eum in illo vico aut certe in eius vicinia repertum esse probabile est, ut de Thisbensi Bacchi delubro necessario intellegendus sit, quum hic utique ad Thespiense spectet. Neque vero titulus n. 1869 huc referri poterit, etsi illum quidem Thespiensem esse constat. Nam quid Mnasippa dedicaverit, propter mutilam tituli condicionem ignoramus; at vocabula ἀν[αθεῖσαν] | τῇ πόλει εἰς τ[ὴν τοῦ Διον]ύσου ἑορτ[ὴν] indicare videntur, non de simulacro dei quod mansurum esset illic dici, sed de nescio qua re, quae in feriis peragendis consumeretur.

Stamatakis exemplum:

ΦΛΑΟΥΙΑΝΑΡΧΕΛΑΝΤΗΝ
ΚΑΙΤΕΙΜΟΞΕΝΑΝΛΥΣΑΝ
ΔΡΟΥΚΑΙΔΟΡΚΥΛΟΥΘΥ
ΓΑΤΕΡΑΙΕΡΕΙΑΝΔΙΑΒΙΟΥ
ΔΗΜΗΤΡΟΣΑΧΕΑΣΕΚΓΟ
ΝΟΝΔΕΤΩΝΤΟΝΔΙΟ
ΝΥΣΟΝΑΝΑΘΕΝΤΩΝ
ΦΛΑΟΥΙΟΣΜΟΝΔΩΝΦΙ
ΛΕΙΝΟΥΥΙΟΣΤΗΝΕΑΥΤΟΥ
ΓΥΝΑΙΚΑ

Lollingii exemplum:

ΦΛΛΟΥΙ/ ..ΡΧΕΛΛΝΤΗΝ
ΚΛΙΤΕΙ////. ‾ΕΝΛΝΛΥΣΛΝ
ΔΡΟΥΚΛΙ..........
ΓΛΤΕΡΛ.....ΙΜΝΔΙΑΙΙΥΙ
ΛΧΕΛΣΕΚΓΟ
ΩΝΤΟΝΔΙΟ
\ΘΕΝΤΩΝ

1868 Tabula alta et lata lapidis leucophaei, supra et a sinistra parte margine prominente ornata. Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Exscripsit Lolling.

ΤΗΝΓΛΥΚΥΤΑ
ΤΗΝΗΗΤΕΡΑΦΛ̃
ΔΗΗΟΚΛΕΙΑΝ
Τ̃ΙΦΛ~ΦΙΛΕΙΝΟΣ
ΟΥΙΟΣ Ψ Β Δ

Τὴν γλυκυτά|την μητέρα Φλ(αουίαν) | Δημόκλειαν | Τί(τος) Φλ(άουιος) Φιλεῖνος | ὁ υἱός· ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς) δ(ήμου).

Cf. quae adnotavi ad n. 1830. 1866.

1869 Thespiis (*Erimokastro*). Edd. Dodwell Itin. T. II p. 513 (Boeckh C. I. G. 1633). Accuratius Lebas *Inscr.* II, 410 (K. Keil Zur Syll. Inscr. Boeot. p. 583). Periisse videtur.

ΥΙΛΗΚΑ
ΜΝΑΣΙΠΠΑΙ
ΤΟΥΙΕΡΑΤΕ
ΣΙΔΟΣΚΑΙΑΝ
ΤΗΠΟΛΙΕΙΣΤ
ΥΣΟΥΕΟΡΤ

[Ἡ β]ουλὴ κα[ὶ ὁ δῆμος] | Μνασίππα[ν ......]|του, ἱερατε[ύσασαν Ἴ]|σιδος καὶ ἀν[αθεῖσαν] | τῇ πόλ(ε)ι εἰς τ[ὴν τοῦ Δι|ον]ύσου ἑορτ[ὴν ....].

Priorum editorum supplementa recepi praeter vs. 4, ubi Boeckhii supplementum καὶ Ἀν[ούβιδος] a Keilio probatum est. Ac sane quae Keilius ipse p. 653 composuit testimonia etsi docent vix usquam Anubin cum sola Iside coniunctim cultum esse, sed semper tertium accedere Sarapin, nonnumquam praeter hunc etiam Harpocratem, tamen haec sola res non sufficeret ad illorum rationem refutandam. Sed quid fiet illis τῇ πόλει et quae sequuntur? Cum initio totius tituli ea nullo modo coniungi posse apparet, neque enim ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος quicquam τῇ πόλει dedicare poterant. Quare reposui verbum unde illa penderent; quid dedicavissent, sine dubio post versum sextum enuntiatum erat, nam eum ultimum fuisse neque traditum est ab editoribus neque per se verisimile, quum litteras huius versus fractura lapidis laesas esse ex Lebasii exemplo appareat. Cf. praeterea adn. ad n. 1867.

1870 Duo fragmenta basis lapidis leucophaei, Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Exscripsit Lolling.

//////
ΕΡΕΙΑΝΤΟΥΧΑ//////ΙΟΣΘΥΓΑΤΕ
ʼΤΟΥΦΕΡΕΝΙΚ///////‾ΥΣΕΒΕΙΑΣ///
ΤΟΣ Θ////////
/////

[Τὴν δεῖνα τὴν ἱ]έρειαν τοῦ Χα..ιος, θυγατέ[ρα | ....ο]υ τοῦ Φερενίκ[ου, ε]ὐσεβείας [ἕνεκα. | ἐπιμελητεύον]τος Θ........

1871 Lapis leucophaeus, Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Exscripsit Lolling.

ΚΥΛΙCΑΡΤΕΜ
ΕΙΛΕΙΘΥΙΗ
ΤΟΝΙΔΙΟΝΥ
Τ̄·ΦΛΑΟΥΙΟ
ΛΥCΑΝΔ

[Φλαουία Δορ]|κυλὶς 'Αρτέμ[ιδι] | Εἰλειθυίῃ | τὸν ἴδιον υ[ἱὸν] | Τ(ίτον) Φλάουιο[ν] | Λύσανδ[ρον].

Cf. quae exposui ad n. 1830.

1872 Fragmentum basis lapidis calcarii, immissum scalis ante domum Nicolai Χατζῆ in vico *Erimokastro*. Edd. P. Decharme *Archives des missions* Ser. II T. IV (1867) p. 527 n. 28. I. Schmidt *Mitth. des archäol. Inst. zu Athen* V (1880) p. 129 n. 17. Exscripsit Lolling.

ΚΑΙΙΙ ... Ι.Ι
ΥΓΑΤΕΡΑΦΙΛΙΠΠΗ////
ΡΤΕΜΙΔΙΕΙΛΕΙΘΥΙΑ

..... καὶ [.......| τὴν θ]υγατέρα Φιλίππη[ν | 'Α]ρτέμιδι Εἰλειθυίᾳ.

1873 Alabaster a. 0,09, qui inventus esse dicitur Thespiis, exstat in museo Britannico; inter ornamenta picta incisus est titulus artificis. Ed. de Witte *Bulletin de corr. Hell.* II (1878) p. 551 (Roehl Inscr. Graec. antiq. 206. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 219*c*. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 333. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 254 n. 794. E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 219 n. 210*d*).

ΓΑΜΕDΕΣ ΕΠΟΕΣΕ


Γαμείδεις ἐπόειτε.

1874 Titulus neglegenter incisus in margine vasculi, quod inferiore parte fracta nunc 0,07 altum est. Inventum est Thespiis, servatur Athenis in Barbaceo. Ed. Mylonas *Bulletin de corresp. Hellénique* II (1878) p. 540 (Roehl Inscr. Graec. antiq. 205. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 219*g*. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 254 n. 795. E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 219 n. 210*c*).

DIONYΣIOΣA/// ///AΛIOΝ

Διωνύσιος 'Α[ρπ]αλίων[ι]. Fickius *Göttinger Gelehrte Anzeigen* 1883 p. 122 etiam 'Α[σφ]αλίων[ι] legi posse monet.

1875 'Cantharus parvus Thespiis repertus, nunc musei Berolinensis. In utroque vasis latere picti sunt terni viri; in altero titulus eis ascriptus dedita opera erasus, in altero servatus est. Litterae acu incisae sunt'. Ed. Roehl Inscr. Graec. ant. 206*a* (W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 219*a*. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 334. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 253 n. 793. E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 219 n. 210*e*).




Κλείεργος καλ[ὸς τῷ δεῖνι δ]οκεῖ. Sic mihi ex nota formula titulus supplendus videtur; nam quae in altero latere erasa sunt, ea ad hanc ipsam inscriptionem pertinuerint. Quare falli existimo homines doctos qui Καλόκει coniungunt idque nomen proprium viri esse volunt.

1876 In latere cocto, qui postea impositus erat sepulcro Christiano ad ecclesiam dirutam S. Barbarae prope *Erimokastro*, titulus impressus. Ed. Kumanudis 'Αθηναίου IV p. 108 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 19 n. 51. W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. Add. p. 232 n. 262*a*. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 268 n. 846).

ΘΕΙΣΠ

Θεισπ[ιείων].

1877 Cantharus parvus Thespiensis, in museo Berolinensi. Ed. Roehl Inscr. Graec. ant. 251*a* (W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 236. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 254 n. 796).




Titulum integrum esse testatur Roehl. Quid sibi velit, obscurissimum. Nam Meisteri emendatio Πῦ[ρ]ο[ς], ab ipso non nisi dubitanter proposita, improbabilis mihi videtur.

1878 Fragmentum lapidis calcarii duri leucophaei, inscriptum a duabus partibus inter se contingentibus (*a b*). Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Ed. P. Foucart *Bulletin de corresp. Hellénique* IX (1885) p. 407 n. 19. Multo plenius exscripsit Lolling.


[*Textum vide pag. seq.*]

Apparet haec esse ludibrii causa insculpta ab adulescentulis otiosis; atque ea quidem, quae legi et intellegi possunt, fere amicitiae testi-




monia sunt similia eis quae Athenienses quoque ephebi haud raro hermis aliisque lapidibus publice propositis insculpebant (cf. C. I. A. III, 740. 743. 753. 765. 1082. 1095. 1098. 1102. 1111. 1113). Hic in latere *a* agnoscuntur haec: φίλοι | Σώστρ[ατος, ... | φ]ίλοι· Ἀνθεμᾶ[ς,] | Φαῖδρος. | φίλοι· ...... | φίλοι· | Ἀνθεμᾶς, | Ἐπικτᾶς, Φι..... In parte *b* haec: Μνάσων, Ὁμολώϊ[χος,] | φίλοι. Praeterea aliquotiens litterae quaedam vocabuli φίλοι aetatem tulerunt sine nominibus, quae certa ratione ad eas referri possint, et nonnulla nomina reliquiaeve nominum, veluti Πραξίων, Σωτη[ρί]δ[ης], Πλωτο...., [Ὀλύμ]πιχος, ...ρ[ι]ος.

1879 Fragmentum exiguum basis lapidis calcarii leucophaei. A superiore parte exstat margo. Exscripsit Lolling.



Sine dubio hoc eiusdem lapidis fragmentum est ac n. 1878. Sed hic nihil certi dispicitur.


1880 Lapis inaedificatus in exteriore muro ecclesiae S. Blasii prope vicum *Palaeopanagia*, in angulo ecclesiae qui spectat inter meridiem et orientem solem, satis edito loco. Edd. Ross Epist. epigr. ad Boeckhium p. 12 (K. Keil *Arch. Anz.* 1850 p. 208*. A. Meineke *Arch. Zeitg.* IX (1851) p. 285). Ex Schillbachii apographo K. Keil Zur Syll. Inscr. Boeot. p. 533 n. XXX. Roehl Inscr. Graec. ant. 146 (P. Cauer Delectus Inscr. Graec. n. 112 ed. prior. G. Kaibel Epigr. Graec. 486. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 9 n. 12. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 212. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 249 n. 765. E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 218 n. 208). Lolling *Sitzungsber. der Königl. Akademie der Wiss. zu Berlin* 1885 p. 1037 n. 70. Eiusdem apographo usus sum, quod accurate exprimo.



Μνᾶμ' ἐπ' Ὀλιγε[ί]δα μ' ὁ πατὴρ [ἐ]πέθηκε θανό[ν]τι
Ὀσθίλος, ὧ[ι] πένθος θῆκεν ἀποφθίμενος.

De lectione nunc plane constat; nomen Ὀσθίλος ignotum quidem est, neque tamen amplius cogitari licet de ὡς φίλος, quia littera φῖ in hoc titulo (vs. 6) rotunda est, non quadrata. Sed ὧ[ι] pro ὡς scripsi cum Keilio, non quo Lollingii testimonio diffiderem, sed quia ipsum lapicidam syllaba proxime antecedente in errorem inductum iudico. Nam ὡς πένθος θῆκεν neque per se recte dictum existimaverim, neque asyndeton tolerabile videtur.


1881 Lapis calcarius durus leucophaeus, in ecclesiola S. Eliae, quae est in vico *Kaskaveli*, sinistram versus ab introitu occidentali ecclesiae. Exscripsit Lolling. Ectypum misit idem.



Εἰκόνα Βεμβακίδα θῆ[κεν ◡◡ – ◡◡ – ◡,]
παιδὸς ἀποφθιμένου, μνῆμ[α φιλημοσύνης].

Finem hexametri versus nomen patris vel matris occupasse videtur.

1882 Marmor candidum quadratum, Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Exscripsit Lolling.



[Ἐνθάδε – ◡]ίχας θυγάτηρ | [κεῖται ◡◡ – ◡]
[δ]ώδεκ' ἐτῶν, | [φθονερῷ δαίμ]ονι χρησαμένη.

1883. 1884 Lapis albus quadrangulus a. 0,83, l. 0,59, inventus ad radices montis, in quo sita erat Ascra, nunc est Thespiis (*Erimokastro*) in museo. Titulum n. 1884 ed. Ulrichs *Annali dell' Inst. arch. Rom.* XX (1848) p. 54 n. X (*Reisen und Forschungen in Griechenland* II p. 95 n. 53. Welcker Mus. Rhen. IV (1845) p. 238 n. 7. K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 164 n. LII*a*. Lebas *Inscr.* II, 398). Utrumque edd. A. Conze et A. Michaëlis *Annali dell' Inst. arch. Rom.* XXXIII (1861) p. 88 (G. Kaibel Epigr. Graec. 497). Exscripsit Lolling.

(1883) ΓΗΡΑΣΕΡΗΜΩΣΑΣΑΠΑΤΡΟΣΝΕΚΥΣΕΝ⊕/
ΚΑΛΛΙΤΥΧΗΦΘΟΝΕΡΩΔΑΙΜΟΝΙΧΡΗΣΑΜ
ΜΟΥΣΑΙΔΕΕΥΧΩΛΑΙΣΙΕΝΕΠΗΚΟΟΙΟΥ
ΠΑΤΡΟΣΕΜΟΥΖΑΚΟΡΟΥΜΟΙΡΑΔΕΕΧΙΜΕ
ΑΣΚΡΑΙΩΚΡΥΨΑΣΑΤΙΣΕΛΠΙΔΕΣΟΥ
ΤΑΣΑΤΕΛΙΣΓΟΝΕΩΝΕΙΣΕΜΕΔΕΡΚΟΜΕ

(1884) ΣΟΛҺΙΚΙΟΥΖΑΚΟΡΟΙΟΛΥΓΡΑΠΛΙΣΕΝΘ/
ΚΑΛΙΤΥΧΗΔΥΕΤΩΝΠΛΗΣΑΜΕΝΗΔΕΚ///

Fines versuum in alio lapide a dextra adiuncto scripti erant.

1883 Γῆρας ἐρημώσασα πατρὸς νέκυς ἐνθά[δε κεῖμαι]
Καλλιτύχη, φθονερῷ δαίμονι χρησαμ[ένη].
Μοῦσαι δ' εὐχωλαῖσιν ἐπήκοοι οὐ[κ ἐγένοντο]
πατρὸς ἐμοῦ ζακόρου, μοῖρα δ' ἔχ[ει] με [πέδῳ]
Ἀσκραίῳ κρύψασα· τίς ἐλπίδες οὐ[κ ἐδάκρυσεν]
τὰς ἀτελ(ε)ῖς γονέων, εἰς ἐμὲ δερκόμε[νος].
1884 Σολπικίου ζακόροιο λυγρὰ παῖς ἐνθ[άδε κεῖται]
Καλ(λ)ιτύχη, δύ' ἐτῶν πλησαμένη δεκ[άδας].

Supplementa partim Conzii, reliqua Keilii sunt. Memorabilis est n. 1883 vs. 5 soloecus nominativi ἐλπίδες pro accusativo usus, inferiore quidem aetate non infrequens. Quare altero p. Chr. saeculo, cui Kaibelius epigramma tribuit, certe antiquius non est existimandum; nescio an praestet etiam aliquanto recentius iudicare. Formulam φθονερῷ δαίμονι χρησαμένη poëta fortasse ex lapide paullo antiquiore item Thespiensi n. 1882 repetivit.

1885 Lapis leucophaeus cubi figura, ex ecclesia S. Catharinae, quae est in monte Helicone, in museum Thespiense illatus. Edd. A. Conze Philol. XIX p. 182. P. Decharme *Archives des missions* Ser. II Tom. IV (1867) p. 538 n. 53 (G. Kaibel Epigr. Graec. 500). Exscripsit Lolling.

ΑΝΑϹΤΗϹΑΝΤΑΚΟΔΡΑΤΟΝ
ΝΗΝΓΗΡΑΙΚΑΙΚΑΜΑΤΩ
ΑΜΕΙΒΟΜΕΝΟΙΦΙΛΟΤΗΤΟϹ
ΡΟΙΜΝΗΜΑΡΕΤΗϹΕΛΙΚΩΝ
~Δ◡
ΝΟΥΤΟΥΔΙϹΓΥΜΝΑ
ΘΕϹΠΙΑΔΟΥ

Epigramma sic refinxit Kaibelius:

[Τόν ποτ' ἐν εὐσεβίῃσιν] ἀναστήσαντα Κοδρᾶτον
[μητέρ' ἀποφθιμέ]νην γήραϊ καὶ καμάτῳ
[ἐκτέρισαν χάριν αὐτῷ] ἀμειβόμενοι φιλότητος
[σήματι τῷδ' ἕτα]ροι· μνῆμ' ἀρετῆς Ἑλικῶν.

Atque alterius quidem distichi sententiam quin assecutus sit non est dubium, prioris supplementa ingeniosa quidem sunt, sed haud levibus dubitationibus obnoxia. Nam cuius virtutis in altero versu pentametro ipse mons Helicon monumentum esse dicitur, eam consentaneum est non ad privatas Quadrati res spectare, sed beneficia quaedam ab eo in populum Thespiensem collata esse; sic vero horum beneficiorum antea mentionem fieri potius exspectamus, quam pietatis erga matrem pridem defunctam. Quare nescio an sic potius scribendum sit:

[Τὸν πάρος εὐδικίῃσιν] ἀναστήσαντα Κοδρᾶτον
[πατρίδα κεκλιμέ]νην γήραϊ καὶ καμάτῳ.

Nam civitatem senio et laboribus confectam dici neque a sermone poëtico neque ab illius aetatis condicione alienum mihi videtur. Sed haec quidem supplementa praestare sane nolim; at illud confidenter nego, versus 6. 7 recte restitutos esse a Kaibelio cum scriberet [. . . . . . Κορ]νούτου δὶς γυμνα[σιαρχήσαντος | . . . . . .] Θεσπιάδου. Neque enim perspicitur quaenam necessitudo Cornuto et Thespiadi intercedat aut inter se aut cum hoc monumento. Contra omnia expedientur si scribemus:

[ἐπιμελουμέ]νου τοῦ δὶς γυμνα-
[σιάρχου] Θεσπιάδου.

Idem Thespiades proconsulis statuam n. 1855 erigendam curaverat una cum Eustephio. Nam certe cur hunc titulum quarto p. Chr. n. saeculo antiquiorem existimemus nulla est causa.

1886 Lapis albus quadrangulus, a. 0,55, l. 0,37, c. 0,20, inventus in parietinis loci Χρυσό, exstat Thespiis (*Erimokastro*) in museo n. 79. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου VII p. 285 n. 5. Accuratius I. Schmidt *Mitth. des archäol. Inst. zu Athen* V (1884) p. 123 n. 11. Exscripsit Lolling. Cf. quae adnotavi *Historische und philologische Aufsätze, E. Curtius gewidmet*, p. 291 not. 1.

[*Textum vide pag. seq.*]

Ἐνθάδε σῆμα θέασ' ἀνδρὸς σοφοῦ Εὐτυχιανοῦ,
ὃς Μουσῶν δώροις ἔσχε λόγον Χαρίτων.

Eutychianum Atheniensem comoedum in victorum laterculo n. 1776 recenseri monuit Schmidtius. Eum probabile est quum per occasio-

Ε Ν Θ Λ Δ Ε Ϲ Η Μ Α Ο
Ε Α Ϲ Α Ν Δ Ρ Ο Ϲ ∞
Φ Ο Ν Ε Ν Τ Υ Χ Ι Λ
Ν Ο Υ · Ο Ϲ Μ Ο Υ
Ϲ Ω Ν Δ Ω Ρ Ο Ι Ϲ
Ε Ϲ Χ Ε Λ Ο Γ Ο Ν
Χ Α Ρ Ι Τ Ω Ν

nem ludorum Thespiis versaretur decessisse et illic sepultum esse. Ceterum quod editor vs. 1. 2 activum *θεᾶς* agnoscere sibi videtur, id sane non pugnat cum infimae aetatis usu, sed necessarium utique non est, nam imperativi medii *θέασαι* diphthongum elidi notum est; cf. Arist. Pac. 393 *ἀλλὰ χάρισ᾽, ὦ φιλανθρωπότατε καὶ μεγαλοδωρότατε δαιμόνων.* 906 *θέασ᾽ ὡς προθύμως ὁ πρύτανις παρεδέξατο.*

1887 In ecclesia diruta vici *Lefka.* Ed. Leake *Travels in Northern Greece* II p. 481 tab. XVI n. 74 (K. Keil Syll. Inscr. Boeot. p. 157 n. XLII*a*. Lebas *Inscr.* II, 442). Lollingius refert, totius vici *Lefka* non superesse nisi exigua vestigia; lapides inscriptos ex ecclesiolis eius vici Thespias in museum translatos esse plerosque, hunc vero periisse videri.

Β Α Ϲ . . . . . Μ Ο Ι Ω
Τ Ρ Ε Χ Ε Ι Ϲ Γ Ν Ω Ρ Ι Ϲ Ε Ν Α
. . . Α Ρ Ο Υ Δ Ε Ν Π Ο Λ Λ Ε Ϲ
. Χ Ρ Η Ϲ Α Μ Η Ν Α Ν Θ Ε Ϲ Ι Π
Ρ Ο Δ Ι Ν Ο Ι Ϲ Ϲ Τ Ε Φ Α Ν Ο Ι Ϲ Χ Ρ Η
Μ Ε Ν Ο Ϲ Κ Α Τ Ε Ν Ε Τ Ρ Υ Φ Η Ϲ
Λ Ο Υ Ϲ Ε Μ Υ Ρ Ι Ϲ Ε Τ Ο Υ Τ Ο · Π Ρ Ε Π Ε
Ϲ Ο Π Α Υ Τ Α Ϲ Ο Ι Δ Ε · Π Ρ Ο Δ Ω Ν Ο
Χ Ρ Η Ϲ Τ Ο Ϲ Ϲ Τ Α Κ Α Ι Γ Ε Λ Ϲ Ο Ν Τ Ο Υ
Τ Ο Π Ε Π Ρ Ω Τ Ε

Metri dactylici certissima sunt vestigia. Quod utrum erroribus in transscribendo commissis turbatum sit, an ipse dedicationis auctor specie quadam rhythmi contentus legitimos versus efficere noluerit, incertus haereas. Sed hanc opinionem ut probabiliorem existimem maxime versus septimi reliquiis adducor, ubi *ἐμύρισε* vox quattuor deinceps syllabarum correptarum sine ulla corruptelae aut erroris suspicione scripta est. Ceterum quae legi possint, haec fere sunt: Vs. 2 *τρέχει* (?), *ἐγνώρισεν*; vs. 3 [... *γ*]*ὰρ οὐδὲν πολλ*[*αῖ*]*ς*; vs. 4 [*ἐ*]*χρησάμην ἄνθεσι π* ....; vs. 5. 6 *ῥοδίνοις στεφάνοις χρη*[*σά*]||*μενος κατενετρύφησ*[*α*; vs. 7 .... *λους ἐμύρισε*; vs. 8 *τοῦτο πρεπε* ....; vs. 9. 10 *χρηστὸς* ... *καὶ* [*τ*]*έλ*[*ε*]*ον τοῦ*|*το πέπρωτ*[*αι*].

1888 Tabulae novem lapidis calcarii subfusci eiusdem formae et magnitudinis, altae 1,05, latae ab inferiore parte 0,45, a superiore 0,42, cum margine superiore prominente 0,435, crassae 0,16. Litterae altae 0,020—0,025, praeter theta et omicron altas 0,015, versuum altitudo 0,035. Uniuscuiusque lapidis planicies antica et latera laevigata, postica pars non item. Inventae tabulae iuxta leonem lapideum, qui effossus est orientem versus a parietinis Thespiarum, fere mille et centum metrorum Gallicorum intervallo, ad ripam dextram fluvii Thespii (*Kanavari*) prope viam, qua cum vico *Erimokastro* coniunguntur *Arkopodi* et *Kokla.* Tabularum octo (*a*—*h*) titulos ed. P. Stamatakis *Πρακτικὰ τῆς ἐν Ἀθήναις ἀρχαιολογικῆς ἑταιρίας* 1882 p. 71 sqq. tab. I. Lapidis *b* inscriptionem pleniorem et accuratiorem repetivit idem Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 1883 p. 191 (R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I Add. p. 400 n. 791*a*—*h*). Stamatakis exemplar cum lapide contulit et tabulam *b* totam exscripsit, reliquarum lectionem multis locis emendavit Ernestus Fabricius. Huius exemplo adhibito lapidem iterum examinavit et omnia exscripsit Lolling. Tabulam *i* a Stamataki propter nimiam legendi difficultatem omissam exscripserunt Fabricius et Lolling.

[*Textum vide pag. seq.*]

Quisnam potissimum hic designetur ex eis imperatoribus, quibus M. Aurelius nomen fuit, in medio relinquendum est. Fuit sane cum suspicarer hoc fragmentum esse servatum ex illo Claudii Gothici monumento, quod Cyriacus etiamtum integrum vidit (n. 2502). Sed primi versus reliquiae a Lollingio enotatae huic coniecturae neutiquam favent.

2500 Thebis. Edd. Cyriacus p. XXXIV n. 227 versibus indiscretis; ex suis et Cyriaci schedis a Compagnonio missis Muratori T. I p. CCXLIV. 6 (Boeckh C. I. G. 1619. Lebas *Inscr.* II, 515).

ΤΟΝΜΕΓΙΣΤΟΝΚΑΙΑΝΕΙΚΗΤΟΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑ
Μ.ΑΥΡΗΛΙΟΝΣΕΟΥΗΡΟΝΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ
ΑΥΓΟΥΣΤΟΝΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΑΡΑΒΙΚΟΝΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΝΠΑΡΘΙΚΟΝ
ΕΥΣΕΒΗΕΥΤΥΧΗ
ΗΠΟΛΙΣ ❦

Τὸν μέγιστον καὶ ἀνείκητον | Αὐτοκράτορα Καίσαρα | Μ(ᾶρκον) Αὐρήλιον Σεουῆρον Ἀντωνεῖνον | Αὔγουστον Σεβαστὸν | Ἀραβικὸν Ἀδιαβηνικὸν Παρθικὸν | Εὐσεβῆ Εὐτυχῆ | ἡ πόλις.

Caracallae monumentum esse apparet; in accuratiore temporis definitione si ei rei quicquam tribuendum esset, quod inter tria cognomina paterna extremo loco simpliciter Παρθικός, non Παρθικὸς μέγιστος legitur, pro certo pronuntiari liceret, eo ipso anno, quo Caracalla a patre Augustus vocatus et in societatem imperii ascitus est (a. 198 p. Chr.) hanc statuam erectam esse (cf. Eckhel D. N. VII p. 177). Sed hoc quidem lubricum est; utique anno 210 p. Chr. antiquiorem titulum existimaverim, quia neque *Britannici* neque *Germanici* nomen hic legitur (Eckhel VII p. 188. 222). Quod vs. 4 Latinum Αὔγουστος cum versione Graeca Σεβαστὸς coniunctum ponitur, adeo singulare est, ut haud sciam an Cyriacus aliquid turbaverit.

2501 Thebis. Ed. Lebas *Inscr.* II, 514.

//ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟ...
ΣΑΡΟΣΣΕΠΤΙΜΙΟΥΣΕΒΗΡΟΥΠΕΡΤΙΝΑΚΟΣΑΡΑΒΙΚΟΥ
ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΥΠΑΡΘΙΚΟΥΜΕΓΙΣΤΟΥΣΕΒΑΣΤΟ
ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΘΗΒΑΙΩΝ

[Λούκιον Σεπτίμιον Γέταν Καίσαρα, υἱὸν] Αὐτοκράτορο[ς Καί]|σαρος Σεπτιμίου Σεβήρου Περτίνακος Ἀραβικοῦ | Ἀδιαβηνικοῦ Παρθικοῦ μεγίστου Σεβαστοῦ, | ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Θηβαίων.

Titulus Getae Caesaris, non Augusti, itaque anno 209 p. Chr. non recentior. Qua cum re congruit, quod pater Septimius Severus Britannici cognomine caret (cf. adn. ad n. 2500).

2502 Thebis. 'Ad ornatissimam basin' Cyriacus p. XXXV n. 230. Muratori T. I p. CCLV. 7 ex suis et Cyriaci schedis, aliter divisis versibus. Boeckh C. I. G. 1622 (Lebas *Inscr.* II, 516).

ΑΥΓΟΥΣΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΜ·ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΚΛΑΥΔΙΟΝΚΑΙΣΑΡΑΗΠΟΛΙΣ

Αὔγουστον Αὐτοκράτορα Μ(ᾶρκον) Αὐρήλιον | Κλαύδιον Καίσαρα ἡ πόλις.

2503 Basis marmoris albi inaedificata ad deversorium Papadami, quod est ad introitum meridionalem oppidi Thebarum. Exscripsit Lolling.

ΔΕΣΠΟΙΝΑΝΗΜΩΝ
ΤΗΝΓΑΛ'ΒΑΛΕΡΙΑΝ
ΡΑΚΑΣΤΡΩΝ
ΗΠΟΛΙΣ

[Τὴν] δέσποιναν ἡμῶν | [Σεβασ]τὴν Γαλ(ερίαν) Βαλερίαν, | [μητέ]ρα κάστρων, ἡ πόλις.

Galeria Valeria Diocletiani filia a. 292 p. Chr. nupsit Galerio Maximiano, a. fere 315 p. Chr. Licinii imperatoris iussu interempta est (cf. Eckhel D. N. VIII p. 40). Hic cum Augusta nominetur, titulum a. 305 p. Chr. non antiquiorem esse apparet.

2504 Thebis. Ed. Lebas *Inscr.* II, 517.

ΤΟΝΚ..ΙΟΝΗ.
ΚΑΙΘΕΙΟΤΑΤΟ
ΛΙΚΙΝΙΑΝΟΝΛΙΚ

Τὸν κ[ύ]ριον ἡ[μῶν τὸν ἀνείκητον] | καὶ θειότατο[ν αὐτοκράτορα Βαλ(έριον)] | Λικινιανὸν Λικ[ίνιον ....].

Tituli origo annorum 307 et 323 p. Chr. terminis continetur.

2505 Thebis. Ed. Pococke Inscr. ant. P. I c. 5 s. 3 p. 50 n. 10 (Boeckh C. I. G. 1623. Lebas *Inscr.* II, 509).

/
ΠΛΑ
ΡΑΣΕΒΑΣ
ΥΠΑΤΡΩΝΑΚΑ
Σ


Agnoscuntur haec: [..... Καίσα]|ρα Σεβασ[τόν, τὸν ἑαυτο]|ῦ πάτρωνα κα[ὶ εὐεργέτην, | θεοῖ]ς. Primi versus reliquiae ambiguae sunt. Πλα-[ταιέων ὁ δῆμος] non improbabiliter coniecit Boeckhius.

2506 Marmor album, mutilatum a dextra et a sinistra, a. 0,62, l. 0,22, c. 0,23, Thebis in museo n. 44. Exscripsit Lolling.




Hic collocavi titulum, quia vs. 1 [Αὐτοκράτ]ορα Κ[αίσαρα] fuisse non improbabiliter conieceris. Alterius versus reliquiae obscurissimae.

2507 Marmor caeruleum nigricans, undique fractum praeter partem inferiorem, Thebis in museo n. 132. Exscripsit Lolling.



.... Καίσα[ρα ....|.....]ον Σε[βαστὸν ....].

2508 Lapis qui dicitur πῶρος, inaedificatus ad septentrionalem ex tribus conchis ecclesiae S. Lucae prope Thebas. Exscripsit Lolling.



[......... Καίσ]αρι.

2509 Tabula magna rotunda; in superficie vestigia statuae. Thebis in ecclesia S. Theodori. Ed. Ulrichs *Abhandl. der philos.-philol. Classe der Kgl. Bayer. Akademie der Wissensch.* III, 2 (XVIII) p. 433 n. II (K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 127 n. XXXII). *Annali dell' Inst. arch. Rom.* XX (1848) p. 52 n. VI (Lebas *Inscr.* II, 503). Exscripsit Lolling.

ΤΟΚΟΙΝΟΝΣΥΝΕΔΡΙΟΝΤΩΝΕΛΛΗΝΩΝΤΩΝΕΙΣΠΛΑΤΗΑΣ
ΣΥΝΙΟΝΤΩΝΤΙΚΛΑΥΔΙΟΝΑΤΤΙΚΟΝΜΑΡΑΘΩΝΙΟΝΤΟΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΑΤΩΝΣΕΒΑΣΤΩΝΔΙΑΤΕΛΟΥΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ
///ΙΔΙΑΤΕΛΕΙ

Τὸ *κοινὸν συνέδριον τῶν* Ἑλλή*νων τῶν εἰς* Πλατη*ὰς* | *συνιόντων* Τι(*βέριον*) Κλα*ύδιον* Ἀττι*κὸν* Μα*ραθώνιον τὸν* | *ἀρχιερέα τῶν* Σε*βαστῶν διατελοῦς ἀρετῆς ἕνεκεν* | [*ἧς ἔχων*] *διατελεῖ.*

Plataeis lapidem Thebas translatum esse probabile quidem, sed neutiquam certum est. Herodis Attici nobilissimi sophistae patrem intellegendum esse, non ipsum Herodem aut eius filium, ut Keilio placuerat, docui Hermae XIII p. 73. Vs. 3 Keilius emendavit *διὰ* [*γ*]*έ*[*ν*]*ους*, idemque legitur apud Lebasium. Nunc cum Lollingii testimonio Ulrichsii lectio plane confirmata sit, non amplius dubito, quin Lebasius hic, ut haud infrequenter fecit, lapide non viso verba tituli ex Ulrichsiano apographo expressa secundum Keilii coniecturam mutaverit. Sed utut hoc se habet, nunc certe illi coniecturae nullus relinquitur locus. Atqui recte negavit Keilius quemquam Graecum *ἀρχιερέα διὰ τέλους* dixisse pro eo, quod debebat, *διὰ βίου*. Quare nihil restat, nisi ut *διατελοῦς* scribamus et ad *ἀρετῆς* referamus. Sane ita nascitur tautologia molestissima, sed talia in tumida inferioris aetatis verbositate nequaquam inaudita sunt.

2510 Magna basis marmoris caerulei; in superficie vestigia pedum statuae. Thebis quondam 'ad metropolitanam aedem', nunc in impluvio ludi litterarii puellarum. Habet Cyriacus p. XXXIV n. 225. Ed. ex suis schedis Muratori T. II p. DLV. 1 (inde Boeckh C. I. G. 1624. Lebas *Inscr.* II, 518). Accuratius G. Kramer apud Davidoff Itin. p. XXVI n. XXVII (inde K. Keil Syll. Inscr. Boeot. p. 136). Exscripsit Lolling.

[ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ]
ΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝΥΠΑΤΙΚΟΝΕΠΑΝΟΡΘΩΤΗ[ΗΝ]ΑΧΑΙΙΑ[Σ]
ΛΕΓΝΑΤΙΟΝΒΙΚ[ΓΟΡΑΛϹ]ↄΛΛΙΑΝΟΝΤΟΝΑΓΝΟΝΚΑΙΔΙΚΑΙΟΝ
[ΠΑΡΑΤΩΕΛΕΥΘΕΡΙΩΔΙΙΚΑΙΤΗΟΜΟΝ]ΟΙΑΤΩΝΕΛΛΗΝΩΝ
[ΠΛΑΤΑΙΕΩΝΠΟΛΙΣΤΟΝΕΑΥΤΗΣΕΥΕΙ]ↄΓΕΤΗΝ

Quae uncis inclusi, in Lollingii exemplo non sunt.

Ἀ*γαθῇ τύχῃ.* | Τὸ*ν λαμπρότατον ὑπατικόν, ἐπανορθωτὴν* Ἀ*χαιίας* | Λ(*ούκιον*) Ἐ*γνάτιον* Βί*κτορα* Λο*λλιανόν, τὸν ἁγνὸν καὶ δίκαιον,* | *παρὰ τῷ* Ἐ*λευθερίῳ* Δι*ὶ καὶ τῇ* Ὁ*μονοίᾳ τῶν* Ἑ*λλήνων* | Π*λαταιέων* (*ἡ*) *πόλις τὸν ἑαυτῆς εὐεργέτην.*

De hoc Lolliano cf. quae adnotavi ad titulum C. I. A. III, 632, Borghesium et Henzenum maxime secutus. Inde apparet hos titulos initio tertii p. Chr. n. saeculi incisos esse. Qui utrum ad monumenta Thebis erecta pertinuerint an posteriore demum tempore aliunde translati sint, difficile est diiudicatu. Nam cum n. 2510 civitatis Plataeensium, n. 2511 Thespiensium decreto positum sit, mirum dixeris, duos eiusdem hominis lapides ex diversis locis casu Thebas delatos esse, cum reliquas Boeotiae urbes Thebis illi singulas statuas posuisse nequaquam incredibile sit (cf. C. I. A. III, 471—486). Sed obstare videtur Iovis Eleutherii nomen, quod commodissime certe de celeberrimis illis Plataeensium sacris intellegitur (cf. adn. ad n. 2464).

2511 Basis marmoris albi, a. 0,72, l. 0,55, c. 0,45. In superficie foramina. Thebis in museo n. 50. Edd. Boeckh ex Rossii apographo C. I. G. II p. 844*a* (K. Keil Syll. Inscr. Boeot. p. 136 n. XXXV*b*). Lebas *Inscr.* II, 519. Exscripsit Lolling.


ΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΥΠΑΤΙΚΟΝΛΕΓΝΑ
ΤΙΟΝΒΙΚΤΟΡΑΛΟΛ
ΛΙΑΝΟΝΘΕΣΠΙΕΙ[ΩΝ]
ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗ
ΜΟΣ ΤΟΝΕΥΕΡΓΕ
ΤΗΝ

Quae uncis inclusi, Lollingius non iam invenit in lapide.

Τὸ*ν λαμπρότατον* | *ὑπατικὸν* Λ(*ούκιον*) Ἐ*γνά*|*τιον* Βί*κτορα* Λο*λ*|*λιανὸν* Θε*σπιέων* | *ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆ*|*μος τὸν εὐεργέ*|*την.*

Cf. quae adnotavi ad n. 2510.

2512 Fragmentum marmoris magni candidi, a. 0,40, l. 0,50, c. 0,08, quod olim summam partem basis magni alicuius monumenti effecisse videtur, Thebis in museo n. 104. Exscripsit Lolling.



[Τὴ*ν δεῖνα τοῦ δεῖνος θυγατέρα, γυ*]*ναῖκα δὲ* Π*ροί*[*του* .....].

2513 Lapis quem conglomeratum vocant recentiores, ruber, distinctus calculis leucophaeis, cubi figura, Thebis ante museum. Ed. Pococke Inscr. antiq. P. I c. 5 s. 3 p. 50 n. 11 (Boeckh C. I. G 1632). Plenius et accuratius Leake *Travels in Northern Greece* II p. 225 tab. X n. 44 (Lebas *Inscr.* II, 502). Exscripsit Lolling.

ΑΛΛΙΟΣΦΑΥ
ΣΤΕΙΝΟΣΔΟΓΜ///
ΤΙΒΟΥΛΗΣΚΑΙΤΟΥ
ΔΗΜΟΥΑΡΙΣΤΑΤ///
ΛΕΙΤΕΥΣ Α Μ Ε////
ΝΟΝ /////////

.... | Ἄλλιος Φαυ|στεῖνος, δόγμ[α]|τι βουλῆς καὶ τοῦ | δήμου, ἄριστα [πο]|λειτευσάμε|νον.

In alio lapide superiore nomen eius fuit, qui a Faustino statuae honore afficiebatur.

2514 Abacus marmoris albi, a. 0,20, l. 0,80, c. 0,35, Thebis in museo n. 55. Exscripsit Lolling.

Ι Φ Λ Α Υ Ι Ο Ν Ι Ι
ΑΡΙΣΤΑΠΟΛΓΙΤΓΥΣΑΙ

Τ(ίτον) Φλάουιον .... | ἄριστα πολ[ε]ιτ[ε]υσά[μενον].

2515. 2516 Basis marmoris nigricantis, maculis subcaeruleis distincti, a. 0,50, l. 0,90, c. 0,65, Thebis in museo n. 31. Titulus n. 2515 in latere angustiore, n. 2516 in fronte. Exscripsit Lolling.

(2515)

ΟΛΙΣ
ΙΚΛΕΟ//////ΤΡΙ
ΑΑΛΞΞWNC
ΕΚΕΝ

(2516)

ΗΠΟΛΙCΚΠΟΜΠWΝΙΑΝΚΛ
ΓΡΑΝΘVΓΑΤΕΡΑΑΛΛΕΞΙ
ΑΡΕΤΗCΕΝΕΚΕΝΘΕΟΙC

Apparet utrobique eundem titulum fuisse, quem sic restituo, eis modo intra uncos positis, quae in neutro exemplari leguntur:

Ἡ πόλις Κ(οΐνταν) Πομπωνίαν Κλεο[πά]τραν, θυγατέρα Ἀλέξωνο[ς], ἀρετῆς ἕνεκεν θεοῖς.

Titulus n. 2515 antiquior videtur, n. 2516 postea additus aut quia tum monumentum ab hac parte commodius aspici poterat, aut quia illa antiquior inscriptio ex parte deleta erat.

2517 Lapis insertus receptaculo aquae, quod nunc Ioannis Pharmakopuli est, in vico *Tachi* prope Thebas. Ed. Ulrichs *Abhandl. der histor.-philol. Classe der Kgl. Bayrischen Akademie der Wissensch.* III, 2 (XVIII) p. 433 n. III. *Annali dell' Inst. arch. Rom.* XX (1848) p. 50 n. IV (K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 114 n. XXIX. Lebas *Inscr.* II, 500). Contulit Lolling.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΛΥΣΑΝΔΡΟΝΠΟΛΥΚΡΑΤΙ
ΔΟΥΤΗΣΤΕΠΕΡΙΤΟΝ
ΒΙΟΝΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣ
ΕΝΕΚΑΑΓΩΝΟΘΕ
ΤΗΣΑΝΤΑΚΑΙΣΑΡΗ
ΩΝΕΡΩΤΙΔΙΩΝΡΩ
ΜΑΙΩΝΚΑΙΑΡΧΙΕΡΑ
ΤΕΥΣΑΝΤΑΕΚΤΩΝ
ΙΔΙΩΝΘΕΟΙΣ

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | Λύσανδρον Πολυκρατί|δου τῆς τε περὶ τὸν | βίον καλοκἀγαθίας | ἕνεκα, ἀγωνοθε|τήσαντα Καισαρή|ων Ἐρωτιδίων Ῥω|μαίων καὶ ἀρχιερα|τεύσαντα ἐκ τῶν | ἰδίων, θεοῖς.

Cf. quae adnotavi ad titulum Thespiensem n. 1830.

2518 Marmor album, Thebis in museo n. 180. Exscripsit Lolling.

ΙΟΙ
ΗΣΑΝΤΑΔΙΟ
ΗΩΝΕΡΩΤΙΔΗ
ΤΑΣΗΣΕΝΕΚΕ///

[...... ἀγωνοθετ]ήσαντα Διο[.....|...... καὶ Καισαρ]ήων Ἐρωτιδή[ων Ῥωμαίων, | ἀρετῆς] πάσης ἕνεκε[ν].

Hos lapides (n. 2517. 2518) Thespiis Thebas translatos esse propter Erotideorum mentionem non improbabile est.

2518 *a* Marmor, quod olim summam partem basis statuae efficiebat, inventum in delubro Cabiri prope Thebas. Ed. Kabbadias Δελτίον ἀρχαιολογικὸν 1888 p. 63. Exscripsit P. Wolters.

ΟΔΗΜΟΣΜΕΜΝΟΝΑΔΙΟΖΟΤΟΥ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΝΙΕΡΑΡΧΟΥΝΤΑΤΟΔΕΚΑΤΟΝ

Ὁ δῆμος Μέμνονα Διοζότου | ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας | τῆς εἰς ἑαυτόν, ἱεραρχοῦντα τὸ δέκατον.

2519 Basis marmoris albi inaedificata Thebis in pariete occidentali turris magnae medio aevo exstructae. Edd. Leake *Travels in Northern Greece* II p. 225 tab. XI n. 46. G. Kramer apud Davidoff Itin. p. XXVII n. XXIX (K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 115 n. XXX. Lebas *Inscr.* II, 501). Exscripsit Lolling.

/// ϽΙΔΙΟΝΑΡΧΕ
///// ΑΡΜΕΝΕΙΔΟΥΦΙ
/// ΤΑΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤ ///
/////// ΝΗΣΑΝΤΑΠΛΕΟΝΑ ///
///// ΙΗΣΑΝΤΑΤΩΝΜΟΥΣΣ
ΠΑΤΕΡΑΨΗΦΙΣΑΜΕΝΟ
ΔΗΜΟ

[Β]οίδιον Ἀρχεδ[άμου Ἀρχέδαμον | Π]αρμενείδου φι[λοτιμότα]|τα στρατηγήσαντ[α καὶ ἀγορανο]μήσαντα πλεονά[κις καὶ ἀγωνοθε|τ]ήσαντα τῶν Μουσῶ[ν, τὸν ἑαυτῆς] | πατέρα, ψηφισαμένο[υ τοῦ] | δήμο[υ].

Hic quoque propter agonothesiam Museorum (vs. 5) proclivis est coniectura de Thespiensi lapidis origine.

2520. 2521 Lapis grandis, Thebis in museo n. 13. Ed. G. Kaibel Hermae VIII p. 423 n. 21. Exscripsit Lolling.

(2520)

ΑΜΟΝΔΩΝΟΣΠΑΙΔΟΣΠΑΤΡΟΣΤΕΦΙΛΕΙΝΟΥ
ΙΣΕΣΤΗΣΕΝΣ///ΩΦΡΟΣΥΝΗΣΕΝΕΚΑ
Ψ̄ B̄ Δ̄

(2521)

ΤΟΝΓΛΥΚΥΤΑΤΟ
ΤΕΡΑΤ' ΦΛ' ΦΙΛ
ΜΟΝΔΩΝΟΣ
ΦΛ' ΕΥΠΡΑΞΙ
ΓΑΤΗΡ Ψ Β

2520 [Εἰκόν]α Μόνδωνος, παιδὸς πατρός τε Φιλείνου,
[ἡ πόλ]ις ἔστησεν σωφροσύν[ης] ἕνεκα.
ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς) δ(ήμου).

2521 Τὸν γλυκύτατο[ν πα]|τέρα Τ(ίτον) Φλ(άουιον) Φιλ[εῖνον], | Μόνδωνος [υἱόν], | Φλ(αουία) Εὔπραξι[ς ἡ θυ]|γάτηρ. ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς) [δ(ήμου)].

Disticho elegiaco non duorum hominum, Mondonis patris et Philini filii, imagines significari, sed unius recte animadvertit Kaibel. Sed quod eum Philinum fuisse vult, qui Mondone patre itemque Mondone filio uteretur, eum falli ex vocabulorum ordine perspicitur, qui titulum aliter intellegi non sinit, nisi ut ad statuam Mondonis referatur, cui et pater et filius Philinus fuerit. Kaibelii error inde repetendus videtur, quod sibi persuaserat titulos n. 2520 et 2521 ad eundem hominem spectare, id quod multis de causis probari nequit. Immo duorum hominum, patris et filii, statuae in eadem basi coniunctae fuerunt. Quos homines Thespienses fuisse ex aliis titulis perspicitur (cf. adn. ad n. 1830).

2522 Thebis in aede diruta. Ex Rossii apographo ed. K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 174 n. LXIV. Lebas *Inscr.* II, 560.

ΕΥϹΕΒΙΗϹΑΜΑΚΑΙΠΙΝΥΤΗϹΤΗΝΔΟΥ
ΤΗϹΕΝΚΑΛΛΙΡΟΗΝΑΡΤΕΜΙΔΟϹΠΡΟΠΟΛΟΝ

Εὐσεβίης ἅμα καὶ πινυτῆς τήνδ' οὕ[νεκα δῆμος]
[σ]τῆσεν Καλλιρόην Ἀρτέμιδος πρόπολον.


2523 'Thebis in magno lapide. Cyriacus p. XXXV n. 233 et ex schedis Barberinis Cyriaci a Compagnonio missis Muratori T. II p. DCLXI. 1 versibus eodem modo distributis, et ex suis schedis p. DLXX. 4 versibus aliter divisis' Boeckh C. I. G. 1634 (Lebas *Inscr.* II, 506).

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΦΛΑΟΥΙΩΙΑΘΗΝΑΙΩΙΦΛΑΟΥΙΟΥΠΟΝΤΙΛΟΥ
ΘΥΓΑΤΕΡΑΠΑΖΑΚΟΡΕΥΣΑΣΑ

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | Φλαουΐ[αν] Ἀθηνα[κ]ῷ Φλαουίου Ποντι[κ]οῦ | θυγατέρα [ὑ]π[ο]ζακορεύσασα[ν].


Retinui Boeckhii supplementa et emendationes, nisi quod nomen mulieris ille Ἀθηναί[αν] fuisse existimat, quum ex eo quod posui corruptelae origo facilius perspiciatur; patris nomen Ποντίλου ille intactum reliquit, cui lenissimam medelam adhibere malui.

2524 Lapis caeruleus, fractus a sinistra, Thebis in museo n. 106. Exscripsit Lolling.




...... Ἑ[ρμίπ]που | [ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐ]σεβείας | .... Πυθίου, | .... Χαρίλλη[ς]. Quinti versus reliquias non expedio.

2525 Marmor leucophaeum, a. 0,12, l. 0,19, c. 0,10, fractum infra et a parte sinistra. Thebis in museo n. 93. Exscripsit Lolling.




........ον | [ἀρετῆς ἕν]εκεν | [ἧς ἔχων διατελ]εῖ | ...

2526 In stria columnae truncatae, Thebis in domo Kelartzii cuiusdam. Ed. ex Iatridis apographo Rangabé *Ant. Hell.* 321 (inde K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 176 n. LXVI*a*. Lebas *Voy. arch.* tab. VII, 21. Roehl Inscr. Graec. antiq. 240. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 185 n. 4. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 279. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 227 n. 668. E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 212 n. 198*a*).



Πύρρω ἄρχοντ[ος].

2527 Marmor candidum, a. 0,32, l. 1,00, c. 0,80. Titulus in antica parte prope marginem superiorem. Thebis in museo n. 51. Ed. G. Kaibel *Bullettino dell' Inst. arch. Rom.* 1874 p. 172 (C. Curtius ap. Bursian *Jahresber.* IV p. 276. E. Loewy *Inschr. Griech. Bildhauer* p. 194 n. 275*a*). Exscripsit Lolling.



Ἀρίσ[των Διο]νυσίου ἐποίησε.

Dionysius Aristonis f. statuarius in monumento Oropio n. 375 est, quod medii saeculi a. Chr. n. tertii esse demonstravi. Quantum ex litterarum formis cognoscitur, hunc Aristona illius Dionysii filium potius quam patrem existimaverim. Agatharchus (n. 429) Aristonis, quem hic habemus, frater fuit.

2528 Tegula convexa. Thebis in museo n. 143. Exscripsit Lolling.

ΘΗΒΑΙѠΝ

Θηβαίων.


2529 Fragmentum sellae lapidis calcarii duri candidi, olim sine dubio in theatro aut in templo aliquo collocatae. Infra sedem in antica parte, ut Athenis in sedilibus theatri Bacchici, inscriptio. Thebis in museo. Exscripsit Lolling.

ΑΝΤΙΩΝ


Ἀντίων.

2530 Marmor album, a. 0,95, l. 0,61, c. 0,14, cum anaglypho repraesentante virum barbatum cum tunica et pallio stantem, dextra ad pectus sublata. Ad dextram ara. Iuxta anaglyphum utrimque singulae antae quae arcum sustinent. In eis singulae cruces non incisae, sed anaglypho expressae. Eodem modo etiam litterae elaboratae in planicie lapidis inter antas, *a* ad sinistram, *b* ad dextram capitis viri. Sed quum harum litterarum et crucium superficies non emineat ultra totius lapidis planiciem, sed excavatis proximis circa litteras locis anaglyphum effectum sit, apparet litteras et cruces posteriore demum tempore incisas esse neque ullam eis rationem intercedere cum imagine. Thebis in museo n. 11. Ed. G. Körte *Mitth. des archäol. Inst. zu Athen* III (1878) p. 421 n. 208. Exscripsit Lolling.

a



b



Ἅ(γιος) Στέφανος.

Quum Körtius existimasset, artificem Christianum ad similitudinem anaglyphorum sepulcralium S. Stephani imaginem expressisse, iam eis quae Lollingius observavit (v. supra) demonstratum est, anaglypho sepulcrali antiquiori nomen modo ab homine nescio quo Christiano additum esse.

2531 Tabula magna marmorea. Dimidia pars superior planiciei anticae scriptura vacat, in inferiore dimidia parte titulus. Thebis in museo n. 28. Ed. G. Kaibel Hermae VIII p. 422 n. 20 (cf. p. 429). Epigr. Graec. 488. Exscripsit Lolling. Cf. quae de titulo disputavi *Historische und philologische Aufsätze, E. Curtius gewidmet,* Berolini 1884, p. 289 et Ind. lect. univ. Halens. hiem. 1885/6 p. IX.

ΣΟΜΕΝΔΗΠΑΤΡΙΣΔΗΝ
ΚΕΡΚΙΝΕΦΟΞΙΟΥΙΕ
ΠΟΝΤΙΑΣΗΡΑΚΛΕΙΕΞΕΙ
ΑΧΟΣΦΘΙΜΕΝΟ
ΗΝ ΩΝΕΓΧΕΡΣΙΦΙΛΩΝ
C ΠΟΤΕΠΑΙΝΟ
ΙΕΘΗΜΑΛΑΓΑΡ
ΥΣΙΝΗΓΑΣΑΜΗΝ
ΑΝΔΡΟΣ

Σοῦ μὲν δὴ πατρὶς δήν, Κερκίνε Φοξίου υἱέ,
Ποντιὰς Ἡράκλει' ἕξει ἄχος φθιμένου,
ἦμ [ποθέ]ων ἐγ χερσὶ φίλων θ[άνες. οὔ]ποτ' ἐπαίνου
[λησόμ]εθ'· ἦ μάλα γὰρ [σὴν φ]ύσιν ἠγασάμην.
. . . . . ανδρος.

Litteraturae et sermonis Ionici usus in peregrini hominis epigrammate nihil habet miri. Propter scripturae rationes, ac maxime quidem propter simplicem vocalem ο recentioris diphthongi ου loco constanter usurpatam titulum medio saeculo a. Chr. n. quarto recentiorem non existimo. Haud absurda est Kaibelii coniectura, lapidem Thebas delatum esse ex oppido Tanagraeorum, quibus necessitudinem quandam cum Heraclea Pontica antiquitus intercessisse ex Pausaniae narratione (V, 26, 7) apparet.

2532 Thebis in scalis ecclesiae S. Georgii. Ex Wilamowitzii apographo ed. G. Kaibel Epigr. Graec. 492. Plenius et accuratius Kumanudis Ἀθηναίου III p. 478. P. Foucart *Revue archéol.* N. S. XXIX (1875) p. 110 (Kaibel praef. p. XIV. G. Löschcke *Archäol. Zeitg.* XXXVI (1878) p. 10). Imaginem zincographicam ex ectypo a Kumanudi misso expressam proposuit E. Loewy *Inschr. Griech. Bildhauer* p. 73 n. 93 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 53 n. 45*c*. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 326. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 236 n. 711). Ectypum chartaceum partem trium postremorum versuum continens misit Lolling.

ΟΥΚΕΣΤΟΥΔΕΝΤΕΡΜΑΒΙΟΥΘΝΗΤΩΝ..ΠΙΝΟΙ/ΙΣ
ΑΛΛΑΤΥΧΗΚΡΕΙΣΣΩΝΕΛΠΙΔΟΣΕΞΕΦΑΝΗ
ΗΚΑΙΤΙΜΟΚΛΕΗΝΑΣΩΠΙΧΟΥΗΦΑΝΙΣΥΙΟΝ
ΠΡΟΣΘΕΠΡΙΝΕΝΔΕΙΞΑΣΘΕΡΓΑΠΡΕΠΟΝΤΑΦΥΣΕΙ
ΟΣΒΑΣΙΛΕΙΑΔΙΟΣΚΑΙΕΝΗΡΑΚΛΕΟΥΣΤΡΙΣΕΝΑΘΛΟΙΣ
ΙΠΠΟΙΣΝΙΚΗΣΑΣΔΩΜΑΤΕΠΗΓΛΑΙΣΕΝ

ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΣΕΠΟΕΙΣΕ

Extremae hastarum partes dilatatae et paullo profundius incisae.

Οὐκ ἔστ' οὐδὲν τέρμα βίου θνητῶν ἐπινοίαις,
ἀλλὰ τύχη κρείσσων ἐλπίδος ἐξεφάνη,
ἣ καὶ Τιμοκλέην Ἀσωπίχου ἠφάνισ' υἱὸν
πρόσθε πρὶν ἐνδείξασθ' ἔργα πρέποντα φύσει,
ὃς Βασίλεια Διὸς καὶ ἐν Ἡρακλέους τρισ[ὶ]ν ἄθλοις
ἵπποις νικήσας δώματ' ἐπηγλάϊσεν.

Πολύκλειτος ἐπόεισε.

Epigrammata n. 2532 et 2533 eiusdem fere aetatis esse cum aliis de causis tum propter summam litteraturae similitudinem certum est; et quum in carmine n. 2532, quod propter ipsam posituram altero recentius esse utique nequit, Basiliorum Lebadensium a. 371 a. Chr. institutorum (cf. Diodor. XV, 53, 4) mentio fiat, hoc quidem anno utrumque non antiquius esse omnes homines docti consentiunt. Sed quum fuerint, qui propter Polycliti statuarii nomen proximis post ludorum illorum originem annis monumenta dedicata existimarent, monendum est, earum inscriptionum, quas circa medium a. Chr. saeculum quartum aut aliquanto ante incisas constet, plebisciti honorarii n. 2408, tabulae rationum n. 2418, epigrammatis Xenocratis n. 2462, scripturae genus ab eo quod hic habemus sic discrepare, ut facere non possimus, quin haec post Thebas a Cassandro restitutas (a. 316 a. Chr.) incisa statuamus. Cui opinioni Lysippi quidem statuarii nomen (n. 2533) non adversari apparet ex eis quae adnotata sunt ad n. 38. Polyclitus vero, id quod iam Loewyus dubitanter coniecit (p. 75), tertius quidam habendus est praeter duos illos antiquiores artifices cognomines, quorum memoria frequens est apud scriptores. Nam ex eis vel natu minor, de quo cf. quae exposuit H. Brunn *Gesch. der griech. Künstler* I p. 280 sqq., plus dimidio saeculo ante huius monumenti originem decessisse videtur.

Huius epigrammatis vs. 5 ἐν Ἡρακλέους ἐν ἄθλοις tolerari non posse inter omnes convenit; neque quicquam proficias, si cum Foucarto ἐνάθλοις scribas; nam hoc quidem adiectivum esse ipse recte dicit, at hic substantivo opus est, et substantivo quidem ipsius certaminis notionem exprimente, qua in re quid sibi velit praepositio non intellegitur. Recepi emendationem F. Leonis (apud Kaibelium praef. p. XIV), quae facillima et aptissima mihi videtur. ἔ[τ'] Ἡρακλέους τρὶς ἐν ἄθλοις emendavit Kaibelius.

2533 Iuxta n. 2532 a dextra in eodem lapide. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου III p. 478. P. Foucart *Revue archéol.* N. S. XXIX (1875) p. 110. G. Kaibel Epigr. Graec. praef. p. XIV n. 492*b* (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 52 n. 45*b*. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 325. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 236 n. 710). Imaginem zincographicam ex ectypo chartaceo a Kumanudi misso confectam proposuit E. Loewy *Inschr. Griech. Bildhauer* p. 73 n. 93. Ectypum dextras omnium versuum partes continens misit Lolling.

Ο[Σ]ΙΙΟ[Υ]ΘΙΗΟΣΤυ
[Π]. . . . . .[ΠΟΥ]ΘΙΑΠΑΓΚΙ
ΠΑΙΔ ‾ ΟΔΕΚΡΑΤΕΩΙ
ΚΟΡϜΕΙΔΑΣΙΕΡΑΙΝΙΨΑ‾
ΕΓΝΙΚΑΣΕΤΙΘΕΡΜΟΣC
ΦΟΙΒΟΥΤΩΝΕΤΥΝΩΝ

ΛΥΣΙΠΠΟΣΣΙ

. . . . ς Πουθιῆος τὸ [δεύτερον] | παῖδας] Πούθια παγκ[ράτιον].

Παῖδ[α]ς ὅδε κρατέω[ν τὸν Πουθικὸν αὖθις ἀγῶνα]
Κορϝείδας ἱερᾷ νίψατ[ο Κασταλίᾳ]
ἐγ νίκας ἔτι θερμός, ⏑ – ⏖ – ⏑⏑ – ⏓
Φοίβου τῶν ἐτύμων – ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓

Λύσιππος Σι[κυώνιος ἐποίησε].

Var. lect. Repetivi Loewyi exemplum, quod in dextra parte Lollingii ectypo ubique confirmatur. Intra uncos addidi litteras quasdam, quae apud Foucartum sunt, cum Loewyus eas non habeat. Praeterea discrepantes lectiones commemorare operae pretium non est, nisi quod vs. 4 initio Foucartus ΚΟΡΡ habet, quum reliquiae quarto loco a Loewyo enotatae haud dubie litterae F sint. Litterarum formae eaedem atque in titulo n. 2532.

De aetate cf. adn. ad n. 2532. Titulum honorarium pedestri sermone et dialecto Boeotica compositum (vs. 1. 2) excipit epigramma duorum distichorum elegiacorum, ex quibus prius restituere conatus sum. De Castaliae fontis usu, cuius hic mentionem fieri sumpsi, cf. quae attulit C. Bursian Geogr. Graec. I p. 172. Ceterum cum tertii versus initio Kaibelius aptissime comparat Doroclidae Theraei epigramma Epigr. Graec. 942: ἀλλ' ἔτι θερμὸν πνεῦμα φέρων σκληρᾶς παῖς ἀπὸ πυγμαχίας ἔστα παγκρατίου βαρὺν ἐς πόνον [cf. Addenda].

2534 Tabula marmoris nigri, a. 0,195, l. 313, c. 0,116, fracta a parte inferiore. Thebis in museo n. 143. Ed. B. Haussoullier *Bulletin de corresp. Hellénique* III (1879) p. 387 n. 37. Exscripsit Lolling. Ectypum continens carmen (vs. 2—7) misit idem.

Α Ρ Ι Σ Τ Ω Ν
ΗΜΑΛΑΔΗΣΕΦΙΛΩΣΥΠΕΔΕ
ΞΑΤΟΓΑΙΑΥΠΟΚΟΛΠΟΥΣΟΛΒΙΟΙ
ΑΙΩΝΟΣΜΑΚΟΣΑΜΕΙΨΑΜΕΝ
ΚΑΙΣΟΙΓ⁝ΩΡΑΙΑΧΑΡΙΣΗΛΥ
ΙΥΤΗΑΡΙΣΤΩΝ//////////////ΟΥΙ
ΕΡΙΑΝΤΟΥΔΕΣΙΛ//////////////

Extremae litterarum hastae paullulum dilatatae et profundius incisae.

Ἀρίστων.
Ἦ μάλα δὴ σὲ φίλως ὑπεδέξατο γαῖ' ὑπὸ κόλπους
ὄλβιο[ν] αἰῶνος μᾶκος ἀμειψάμεν[ον],
καὶ σοί γ' ὡραία χάρις ἤλυ[θεν α]ὕτη, Ἀρίστων,
λ[υγροῦ ἐλευθ]ερίαν τοῦδ' ἐσιδ[όντι βίου].

Versum postremum supplevi. Ni fallor, duplex fortunae beneficium hic praedicatur, alterum quod Aristoni licuit per otium et felicitatem ad extremam senectutem pervenire, alterum quod tempestivo obitu subtractus est malis atque aerumnis, quibus cives sub illud ipsum tempus conflictabantur. Atque hoc quidem ad quodnam potissimum tempus spectet, non potest accuratius definiri; titulum sub finem quarti a. Chr. n. saeculi aut tertii initio exaratum existimaverim.

2535 Marmor album fractum undique praeter partem inferiorem, Thebis in museo n. 92. Exscripsit Lolling.

ΛΛΙΙ
/////ΙΙΖΑΙϹΤΑΝΔΙΑΥΛ
ΙΩΝΑΤΡΑΠΟΝΕΙΣΑΙΔ/

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏖ – ἀ[ρ]ετάν, ἀδίαυλ[ον]
[ἔφθας ἐξανύ]ων ἀτραπὸν εἰς Ἀΐδ[α].

Supplere conatus sum. Via ad inferos ἀδίαυλος ἀτραπός vocari videtur, quia non licet iterato cursu illinc in terram redire.

2536 Thebis in ecclesia Panagiae. Edd. ex Rossii schedis K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 174 n. LXIII. Rangabé *Ant. Hell.* 2217. Lebas *Inscr.* II, 553 (G. Kaibel Epigr. Graec. 489). Nunc aut latet aut periit.

[Ο .]Ι[Ι]ΣΑΣΑΠΑΤΡΙΣΘΗΒΗΠΟΤΕΤΩ
ΠΡΩΤΕΥΣΕΙΜΠΑΣΗΣΕΛΛΑΔΟΣΕΙΣΑΡΕΤΗΙ[Ν]
ΠΡΙΝΛΙΛΝΟΙΑΝΤΕΡΜΑΛΑΒΕΙΝΒΙΟΝΩΙΚ[Ε]
Ω[ΛΙ]. . . . . . . ΘΟΝΕΡΑΤ. . . . ΓΑΘΟΙΣΙΤΥΧ
.Ω[Ι]. . . . ΟΧΩΝΕΘΑ . ΕΝΔΙΟΓΕΙΤΟΝ
.[ΤΗ]. . . . . ΕΩΓΓΗΣΠΑΤΡΙΑΣΔΥΝΑΜΙΝ
ΟΙΚΕΙΑΙΓΝΩΜΗΙΘΗΒΑΙΟΣΕ[ΤΕ]

Var. lect. Lebasii apographum, omnium illud quidem accuratissimum, expressi. Quae uncis circumdedi, ea Lebasius non invenit in lapide, praeter duas primas versus sexti litteras, quibus Rossii exemplum caret.

[Ὃν μεγάλ' αὐχή]σασα πατρὶς Θήβη ποτ' ἐώ[λπει]
πρωτεύσειμ πάσης Ἑλλάδος εἰς ἀρετήν,
πρὶν [δ]ι[ά]νοιαν τέρμα λαβεῖν βίον ῷ κε[χάρητο]
ὤλ[εσεν ἡ φ]θονερὰ τ[οῖς ἀ]γαθοῖσι τύχ[η].
— ⏑⏑ — ⏑ οχων ἔθα[ν]εν Διογεί[τονος υἱός]
[ἐν πολέμῳ, κοσμ]έωγ γῆς πατρίας δύναμιν.
— ⏑⏑ οἰκείᾳ γνώμῃ Θηβαῖος ἔτε[υξεν].

Quarto a. Chr. n. saeculo haud improbabiliter tribuit Kaibelius, etsi cur negemus etiam initio tertii exaratum esse posse, nulla est causa. Primum versum exhibui qualem restituit Wilamowitzius apud Kaibelium; a quo Kaibelius ipse non discedit nisi quod ἐ[ϝ]ώ[λπει] praefert. Sed haec lectio etsi a ratione palaeographica nonnihil commendationis habet, tamen reicienda est, quia epigramma sermone Attico compositum est. In reliquis versibus Keilii et Kaibelii supplementa recepi.

2537 Thebis. Ed. Dodwell Itin. T. II p. 53 (Boeckh C. I. G. 1652. Lebas *Inscr.* II, 554. G. Kaibel Epigr. Graec. 490).

ΕΥΦΡΟΣΥΝΗΝΗΣΚΟΥΝΝΕΟΣΩΝ
ΕΚΓΥΜΝΑΣΙΟΥΣΥΝΤΡΟΦΟΣΑΙ Α
ΘΝΗΣΚΩΔΕΝΠΟΛΕΜΩΙΤΙΜΩΡΩΝΔΕΛΦΙΔΙΧΩΡΑΙ
ΔΕΙΜΙΕΥΑΝΟΡΙΔΑΠΑΤΡΟΣΔΕΝΕΩΝΟΣ

Εὐφροσύνην ἤσκουν νέος ὢν — — ⏑⏑ — ⏑
[τᾶς] ἐκ γυμνασίου σύντροφος ἁ[λικί]ας·
θνήσκω δ' ἐν πολέμῳ τιμωρῶν Δελφίδι χώρᾳ.
[οὔνομα] δ' εἰμ' Εὐανορίδα[ς], πατρὸς δὲ Νέωνος.

Versum alterum secundum Kaibelii supplementa exhibui. Vs. 4 Boeckhius [πάππου] δ' εἰμ' Εὐανορίδα. Sed malui coniuncta ex more filii patrisque nomina restituere, quia neque Dodwellium unam litteram in transscribendo omisisse nimis audax est coniectura, neque pro certo dici potest, nomen defuncti in primi versus fine intercidisse.

2538 Marmor album, a. 0,32, l. 0,23, c. 0,15, admodum detritum, ut titulus difficillime legatur, Thebis in museo n. 57. Exscripsit Lolling.

ΞΟΚΥΔΑΙΝΩΝΛΥΣΙΞΙΙ//////
ΕΙΝΙΙ//////////ΩΚΕΟΣΕΓΔΟΛ//////
ΓΡΕΙΠ/ΙΛΩΝΤΕΛΟΣΕΔΡΑ/////
ΟΕΙΩΠΟΥΚΛΙΡΟΣΣΤΕΦ//////

Vs. 1 .....εο κυδαίνων Λυσίξ[ενον ....]. Vs. 2 .... ὠκέος ἐγ Δολ[όπων(?)]. Vs. 3 [.. ἐ]πεὶ π[αίδ]ων τέλος ἔδ[ρ]α[κεν].

Versus quarti reliquiae obscurae sunt, etsi exitum pentametri hunc fuisse et postremo loco στεφ[άνου] aut alium eiusdem nominis casum restituendum esse apparet.

2539 Thebis in museo n. 48. Edd. Pocock. Inscr. antiq. P. I c. 5 s. 3 p. 50 (Boeckh C. I. G. 1654). Plenius et accuratius G. Kramer apud Davidoff Itin. p. XXVIII n. XXX (Graefe Act. Acad. Petrop. VI (1843) p. 46). Ulrichs *Abhandl. der philos.-philol. Classe der Königl. Bayer. Akademie der Wissensch.* III, 2 (XVIII) p. 433 n. I. *Annali dell' Inst. arch. Rom.* XX (1848) p. 49 n. III (Welcker Mus. Rhen. IV (1845) p. 268 n. 48. K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 180). Lebas *Inscr.* II, 556 (G. Kaibel Epigr. Graec. 498). Contulit Lolling.

ΟΥΤΟΣΣWΚΑΡΤΗΣΓΟΡΤΥΝΙΟΣΙΟΙ///////
ΠΑΝΤΟΙΗΣΑΡΕΤΗΣΕΞΟΧΟΣΗΝΙΟΧΟΣ
ΟΝΜΗΤΗΡΜΕΝΕΤΙΚΤΕΝΕΝΙΚΡΗΤΗΕΥΡΕΙΗ
ΗΥΚΟΜΟΣΣΘΕΝΙΗΦΕΡΤΑΤWΑΥΣΟΝΙWΝ
.ΥΝΗΘΕΙΣΥΠΕΡWΤΙΚΑΣΙ///ΝΗΤΟΥΣΤΕΚΡΑΤΙΣΤΟΥΣ
ΚΑΙΠΛΕΙΣΤWΝΥΠΑΤWΝΚΡΕΣΣΟΝΑΣΗΓΕΜΟΝΑΣ
ΑΛΛΑΕΝΟΥΣΟΣΕΜΑΡΨΕΚΑΚΗΚΑΙΜΟΙΡΑ///ΑΡΕΙΑ
ΗΡWΑΠΡΙΝΙΔΕΙΝΠΑΙΔΑΣΑΕΞΟΜΕΝΟΥΣ
ΤΟΥΤΟΥΚΟΥΡΙΔΙΗΑΛΟΧΟΣΚΑΙ///ΕΔΝΑΕΙΔΥΙΑ
ΕΣΤΗΣΕΥΠΡΑΞΙΣΚΥΔΟΣΕΗΠΑΤΡΙΔΙ
ΟΥΓΑΡΤΙΣΚΑΤΑΓΑΙΑΝΟΣΑΙΣΔΙΟΘΕΝΓΕΝΟΣ///////////////
ΜΕΙΖΟΝΑΤΗΔΕΠΟΛΕΙΚΟΣΜΟΝΕΘΗΚΕΓΥΚ////
Ψ Β Δ

Οὗτος Σωκάρτης Γορτύνιος Ἰθ[υκλῆος]
παντοίης ἀρετῆς ἔξοχος ἡνίοχος,
ὃν μήτηρ μὲν ἔτικτεν ἐνὶ Κρήτῃ εὐρείῃ
ἠυκόμος Σθενίη φερτάτῳ Αὐσονίων
[ε]ὐνηθεῖσ' ὑπ' ἔρωτι κασιγ[ν]ήτους τε κρατίστους
καὶ πλείστων ὑπάτων κρέσσονας ἡγεμόνας.
ἀλλά ἑ νοῦσος ἔμαρψε κακὴ καὶ μοῖρα [β]αρεῖα
ἥρωα, πρὶν ἰδεῖν παῖδας ἀεξομένους.
τούτου κουριδίη ἄλοχος καὶ [κ]εδνὰ εἰδυῖα
ἔστησ' Εὔπραξις, κῦδος ἑῇ πατρίδι.
οὐ γάρ τις κατὰ γαῖαν, ὅσαις Διόθεν γένος [ἐστί],
μείζονα τῇδε πόλει κῦδος ἔθηκε γυν[ή].
ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς) δ(ήμου).

Tertio fere p. Chr. n. saeculo vindicat Kaibelius; atque etsi scripturae quidem genus non impedit quominus titulum aliquanto antiquiorem existimemus, tamen argumentum illi potissimum aetati convenit; nam hic omne fere inter Romanos homines et nobiles Graecos provinciales honoris dignitatisque discrimen sublatum videmus. Vs. 1 fin. nomen patris fuisse manifestum est, sed quale potissimum fuerit incertum. Ἰφίτου υἱός non improbabiliter Kaibelius.

2540 Parva basis marmoris albi, cuius in superficie exstant pedes quattuor leonis aut alius animalis. In fronte titulus. Thebis in museo n. 233. Exscripsit Lolling.

ΕΛΘΕΠΕΛ Ι C Κ Ε Υ \ Ι Ш C Ι Ι Λ Κ Ι ' ///// Ω C Ε Ι ιι ⸦ ////////////////
ΕΥΒΙΩΝΟCΚΕΙШΑΙ \ /////// Ι > Ι Α Β Ι Ο Υ Φ Ο Δ ΤΙ ////////////////
ΟΥΤΟCΑΓΩΝΟΘΕΤΗCΙ /////// '' Ι Ω Ρ Α Ρ Χ Ι Ε Ρ Ε \ ///////////////
ΕΝΠΑCΗ ΔΑΡΧΗΠΡΩΤΑΦΕΡΩΝΛΕCΝ /////////

Ἔλθ' ἐπ' ἐ[μέ], σκέψ[α]ι με [τὸν ἄ]λκι[μον], ὡς ἐπὶ [τύμβῳ]
Εὐβίωνος κεῖμαι [μνῆμ]α βίου φθ[ιμένου(?)].
οὗτος ἀγωνοθέτης [καὶ ῥ]ήτωρ ἀρχιερεύ[ς τ' ἦν],
ἐν πάσῃ δ' ἀρχῇ πρῶτα φέρων ἄε[θ]λ[α].

2541 Lapis inaedificatus Thebis in pariete ecclesiae metropolitanae (Παναγία Λόντζα). Exscripsit Lolling.

ϷΙΑΝΜΟΥCΑΝΔΕΚΑΤΗΝΟΛΙΓΗΚΟΝΙCΩΔΕΚΑΛΥΠΤΕΙ
ƎΔΕΝΜΑΚΑΡΩΝΝΗCΟΙCΕCΤΙΚΑΙΟΥΦΘΙΜΕΝΟΙC
ΠΙΛΗCΕΤΑΙΕΙΩCΟΝΑΙΩΝ ∅ ΗΤΙCΕΛΙΠΕΦΑΟCΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΕΤШ///

– ◡ φίαν Μοῦσαν δεκάτην ὀλίγη κόνις ὧδε καλύπτει,
[ψυχ]ὴ δ' ἐν μακάρων νήσοις ἐστὶ καὶ οὐ φθιμένοις·
[. . . . . . ἐ]πιλήσεται εἰ[ς ὅ]σον αἰών,
ἥτις ἔλ(ε)ιπε φάος ἐννέα καὶ δέκ' ἐτῶ[ν].

Numeri mirum in modum corrupti aliquot syllabis initio duorum priorum versuum abundantibus. Μοῦσα δεκάτη etiam apud Kaibelium Epigr. Graec. 609 mulieris defunctae praeconium est. Versu tertio sine dubio enuntiatum erat, illius memoriam in omne aevum mansuram esse, sed initium versus restitui certa ratione nequit.

2542 Thebis. Ed. Pococke Inscr. ant. P. I c. 5 s. 3 p. 50 (Boeckh C. I. G. 1653. Lebas *Inscr.* II, 555. K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 179. G. Kaibel Epigr. Graec. 494. Cf. quae de titulo disputavit F. Graefius Act. acad. Petropolit. VI (1843) p. 48 sq.).

ΠΕΣΣΕΦΟΝΗΠΡΟΠΟΛ. . . . ΝΕΦΕΤΕΡΗΝΕΙΣΗΓΑΙΕΝΑΑΥΛΗΛΙ
ΠΑΤΡΙΣΣΥΝΑΙΝΟΓΟΣΥΜΗΤΕΡΟΣΑΒΛΗΒΙΩΙ
ΝΑΙΠΡΟΦΙΜΟΡΟΣΤΕΛΟΣΕΣΠΕΤΟΤΟΙΣΔΕΠΙΣΗΜΑ
ΝΕΙΚΕΙΑΣΣΤΕΝΑΧΩΝΓΑΗΓΡΟΣΕΤΕΥΞΕΦΙΛΟΣ
ΣΑΕΤΙΚΑΙΚΟΥΡΗΝΑΤΛΑΗΙΙΜΕΤΑΙΙΜΑΣΥ.ΓΟΣ
ΑΝΕΙΗΠΗΜΕΡΑΤΗΝΤΥΜΒΟΣΕΧΕΙΦΟΙΝΝΙΑΙ
ΥΣΕΜΝΗΣΚΟΚΗ
ΦΟΝΙ. . ΑΓΗΙΙ. . ΣΛΙ. . . ΟΤΩΛΙ

Πε[ρ]σεφόνη πρόπολ[ο]ν [σ]φετέρην εἰσήγα[γ]εν αὐλὴ[ν]
πατρὶ σὺν αἰνό[μ]ό[ρῳ] μητέρος Ἀβλ[α]βίῳ.
[κ]αὶ [Τ]ρόφιμ[ος κ]ο[ῦ]ρος τέλος ἔσπετο· τοῖς δ' ἔπι σῆμα
Νεικείας στενάχων γα[μβ]ρὸς ἔτευξε φίλος.
[πρὸ]ς [δ'] ἔτι καὶ κούρην ἁ[παλ]ή[ν], μέ[γ]α [πῆ]μα [τεκ]ο[ῦ]σ[ι]
Ἀν[θ]ί[π]πη[ν] ἐρατὴν τύμβος ἔχει φ[θ]ι[μέ]ν[ην].

Apparet domum continuatis funeribus afflictam hic deplorari; sed quot hominum sepulcra indicentur et quaenam inter eos intercedat parentelae ratio, expediri nequit, praecipue quia versus alter, cuius restitutionem certam existimo, cum eis quae inde a vs. 4 leguntur conciliari vix potest. Nam Kaibelius cum illic nihil nisi πατρὶ δὲ ....] μητ[ρὶ ....] scriberet, illam difficultatem vitavit quidem, sed non expedivit. Quarti distichi reliquias non attigisse satius erit. Ceterum nomen Ἀβλάβιος titulum satis recentem, tertio p. Chr. saeculo vergente aut adeo quarti initio exaratum, indicare videtur.

2543—2545 Thebis in ecclesia S. Lucae sarcophagus, qui ab altera parte epigramma n. 2543 habet, ab altera n. 2544 et 2545. Titulum n. 2543 ed. Du Loir *Voyage*, Paris 1654. 4. p. 333 (inde Muratori T. IV p. MMLXI. 1. Bonada T. II p. 519. Iacobs Paralip. Anthol. T. XIII p. 802. Anthol. Pal. Append. T. II p. 849 n. 20). Spon Itin. T. III P. II p. 13. Wheler Itin. p. 333 (Fleetwood Sylloge p. 213. 1). Clarke Itin. P. II S. III p. 58. Ex his exemplis et Villoisoni schedis Boeckh C. I. G. 1656. Denuo exscripsit et titulos n. 2544 et 2545 adiecit Leake *Travels in Northern Greece* II p. 223 tab. IX n. 40. Welcker Mus. Rhen. IV (1845) p. 236 (Lebas *Inscr.* II, 557. 558. 559. K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 182 sqq. G. Kaibel Epigr. Graec. 502. De titulo n. 2543 cf. quae adnotavit R. Ellis Hermae XIV p. 259). Contulit Lolling.

(2543)

a *b* *c*

ϹΚΗΝΟϹΜΕΝΓΕΝΕΤΗΡΕϹΕΠΕΙΓΕΡΑϹΕϹΤΙΘΑΝΟΥϹΙ
ΤΕΙΜΩΝΤΕϹΚΛΑΙΕϹΚΟΝΑΝΑΙϹΘΗΤΩΠΕΡΙΤΥΜΒΩ
ΨΥΧΗΔ'ΕϹΤΟΔΙΚΑΙΟΝΕΒΗΗΝΔ ΟΥΝΟΜΑ ΤΟΥΜΟΝ
ΝΗΔΥΜΟϹΙΤΑΛΙΚΗϹΑΔΑΗϹΠ ΑΙϹΗΜ ΕΡΟϹΟΝΤΩϹ
ΟΥΚΗΜΗΝΕΜΠΡΟϹΘΕΠΟΛΥΝΧΡΟΝ ΟΝΕΙΤΕΓΕΝΗΘΗΝ
ΕΙϹΟΛΙΓΩΝΕΤΕΩΝΕΝΑΡΙΘΜ ΙΟϹΑϹ ΤΑΤΟϹΑΙΩΝ
ΟΥΚΑΝΕΔΡΑϹΤΟΝΕΧΩ ΝΙΔΙΟ ΝΔΡΟΜΟΝΗϹΔ'ΕΛΑΧΕΝΤΙϹ
ΜΟΙΡΗϹΤΑΥΤΗΝΕΚΤΕ ΛΕϹΕ ΙΚΑΙΓΑΡΒΑϹΙΛΗΕϹ
ΤΑΥΤΕΠΕΓΡΑΨΕΠΑ ΤΗΡΟΖ ΩϹΙΜΟϹΕΙΝΕΚ'ΕΜΕΙΟ
ΑΙΜΝΗϹΤΟΝΕΧΩ ΝΨΥΧΗϹΠΟΘΟΝΑΘΑΝΑΤΟΙΟ

(2544)

ΜΑΡΜΑΡΕΗΛΙΘΟϹΤΜΙΦΕΡΩΔΕΝΓΑϹΤΕΡΙΦΩΤΑ
ΝΗΔΥΜΟΝΥΠΝΟΝΕΧΟΝΤΑΚΑ/.......ΕΝΟΙϹΤΕΠΑΡΟΝΤΑ
ΟΝΔΗΜΟϹΧΡΥϹΩϹΤΕΦΑΝΩ........ ' ΜΗΝ
ΒΟΥΛΗΤΑΥΤΟΝΕΠΡΑΞΕΠΑΡΗ'..............ΟΙϹ
ΚΕΙΤΑΙϹΩΜΑΛΕΟΝΤΟϹΑΙ..............Ν
ΖΩϹΙΜΟϹΥΙΟϹΕΓΡΑΨΕΤΟΓΑΡΓϹ.........
ΕΜΠΝΟΥΝΦΘΕΝΓΟΜΕΝΗΝΑΔΕΩϹι....ιι///ϹΙΔιιΡΩ
ΟϹΤΙϹΔΑΝΤΟΛΜΑΘΕϹΘΑΙΝΕΚΥΝΕΙϹΕΜΕΝΗΔΥΝ
ΧΩΡΙϹΤΟΥΠΑΙΔΟϹΠΑΤΕΡΟϹΟΥΕΧΩΚΑΤΑΓΑϹΤΡΟϹ
ΔΩϹΕΙΤΗΤΕΠΟΛΕΙΚΑΙΤΩΤΑΜΕΙΩΑΝ·ΜΥΡΙΑ

(2545)

ΠΛΗΡΗϹΟΦΟΡΤΟϹΕϹΤΙΜΟΙΚΑΛΩϹΕΧΕΙ~ΚΑΙΤΑΙΓΑΡΝΗ‿ΥΝΕΙϹ
ΕΜΗΝΟΝΗΔΥΜΟϹΚΑΙΤΟΥΔΕΠΑΙΔΟϹΠΑΙϹΓΕΓΩϹΟΝΗΔΥ
ΜΟϹ~ΤΡΙΤΟϹΔΕΠΑΙΔΟϹΝΥΝΠΑΤΗΡΟΖΩϹΙΜΟϹ~ΜΥϹΙΝΘΕ
ΩΝΤΙϹΜΟΙΔΟΤΩΚΑΙϹΥΝΦΥϹΙΝ~ΗΝΓΑΡΘΙΓΗΤΙϹΕΙϹΑΝΟΙΞΙΝ
ΤΗΝΕΜΗΝΜΗΤΕΛΠΙΔΩΝΟΝΑΙΤΟΜΗΤΕΚΝΩΝϹΠΟΡΑ ΑΛ
ΛΕΓΓΕΝΟΥϹΟΛΟΙΤΟΠΑΝΡΕΙΖΟΝΓΕΝΟϹ

Tituli n. 2543 pars media periit; iam Leakius praeter paucas litteras, quae tum etiam legebantur, eadem desideravit, quae Lollingius nunc evanuisse indicat.

2543

Σκῆνος μὲν γενετῆρες, ἐπεὶ γέρας ἐστὶ θανοῦσι,
τειμῶντες κλαίεσκον ἀναισθήτῳ περὶ τύμβῳ,
ψυχὴ δ' ἐς τὸ δίκαιον ἔβη· ἦν δ' οὔνομα τοὐμὸν
Νήδυμος, Ἰταλικῆς Ἀδάης παῖς ἥμερος ὄντως.
οὐκ ἤμην ἔμπροσθε πολὺν χρόνον, εἶτ' ἐγενήθην
εἰς ὀλίγων ἐτέων ἐναρίθμιος· ἄστατος αἰὼν
οὐκ ἀνέδραστον ἔχων ἴδιον δρόμον· ἧς δ' ἔλαχέν τις
μοίρης, ταύτην ἐκτελέσει· καὶ γὰρ βασιλῆες.
ταῦτ' ἐπέγραψε πατὴρ ὁ Ζώσιμος, εἵνεκ' ἐμεῖο
αἴμνηστον ἔχων ψυχῆς πόθον ἀθανάτοιο.

2544

Μαρμαρέη λίθος (ε)ἰμί, φέρω δ' ἐν γαστέρι φῶτα
Νήδυμον ὕπνον ἔχοντα κα[λὸν φθι]μένοις τε παρόντα,
ὃν δῆμος χρυσῷ στεφάνῳ [κόσμησ' ἐπὶ τ]ιμῇ.
βουλὴ ταὐτὸν ἔπραξε παρη[γορίην υἱ]οῖ[ο]·
κεῖται σῶμα λέοντος ἀ[ρηϊφίλῳ ἐπὶ φωτί].
Ζώσιμος υἱὸς ἔγραψε, τὸ γὰρ γέ[ρας ἐστὶ θανόντων],
ἔμπνουν φθενγομένην ἀδεῶς — — ∪ σιδ[ή]ρῳ.
ὅστις δ' ἂν τολμᾷ θέσθαι νέκυν εἰς ἐμὲ νηδύν
χωρὶς τοῦ παιδὸς πατέρος, οὗ ἔχω κατὰ γαστρός,
δώσει τῇ τε πόλει καὶ τῷ ταμείῳ ἀν[ὰ] μύρια.

2545

Πλήρης ὁ φόρτος ἐστί μοι· καλῶς ἔχει.
κεῖται γὰρ νηδὺν εἰς ἐμὴν ὁ Νήδυμος
καὶ τοῦδε παιδὸς παῖς γεγὼς ὁ Νήδυμος,
τρίτος δὲ παιδὸς νῦν πατὴρ ὁ Ζώσιμος.
μύσιν θεῶν τίς μοι δότω καὶ σύνφυσιν·
ἢν γὰρ θίγῃ τις εἰς ἄνοιξιν τὴν ἐμήν,
μήτ' ἐλπίδων ὄναιτο, μὴ τέκνων σπορᾶ[ς],
ἀλλ' ἐγ γένους ὄλοιτο πάνρειζον γένος.

Rationem quae inter haec tria epitaphia intercedit primus perspexit Keilius. Antiquissimus est titulus Nedymi natu maioris (n. 2544), quem excipit nepotis inscriptio, cui item Nedymo nomen fuit (n. 2543), post avum sed ante patrem defuncti. Denique huius pater, illius filius Zosimus postremus decessit (n. 2545). In Nedymi maioris inscriptione sepulcrali restituenda in universum quidem secutus sum Kaibelium, qui ipse haud pauca Keilio accepta refert. Sed in versibus 2. 3 restituendis alia via ingredienda fuit, quia illius supplementa non conveniunt cum eis quae Lollingius in lapide scripta repperit. Idem in extremam decimi versus partem cadit, ubi δη(νάρια) μύρια a sententia quidem aptissimum est, sed neque hoc vocabulum duabus litteris initialibus indicari solet, neque hae litterae in lapide sunt, sed αν., in quibus quid latere possit praeter praepositionem ἀν[ὰ] distributiva vi usurpatam (cf. n. 2424 vs. 9), non video. — Tertio aut quarto p. Chr. n. saeculo iure assignavit Kaibelius.

2546 Thebis. Ed. Lebas *Inscr.* II, 536 (K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 598).

ΟC
ΙΙΟCΒЄΝΟΥCΤΟC
ЄΝΘΑΔЄΚЄΙΤЄ

Versum hexametrum facere voluisse auctorem probabile est hunc in modum:

— ∪ ος | — ∪ ∪ ος Βενοῦστος | ἐνθάδε κεῖτ[αι].

Nam prima et postrema nominis Βενοῦστος syllaba prava mensura usurpata nihil habet offensionis in tam recenti titulo. Initium versus praenomen et nomen gentile occupasse videntur.

2547 'Ad puteum lapideum in amplissimo campo, quinque miliariis a Thebis, in lapide' Cyriacus Inscr. p. XXXIII n. 223 (Boeckh C. I. G. 1637. Lebas Inscr. II, 522. Roehl Inscr. Graec. antiq. 270. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 185 n. 3. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 304 P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 349, 11. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 227 n. 667).

ΗΑΓΕΣΑΝΔΡΟΣ


Ἁγείσανδρος.

2548 Tabula marmoris subcaerulei, Thebis in museo n. 193. Ed. Lolling *Sitzungsberichte der Königl. Akademie der Wissensch. zu Berlin* 1885 p. 1034 n. 33. Eiusdem apographo usus sum.

A///ANTIDAS


A[ἰ]αντίδας supplevit Lolling probabiliter. Sed potest etiam 'A[β]αντίδας fuisse.

2549 Stela lapidis calcarii leucophaei rudi arte elaborata, a. 0,73, l. 0,43, c. 0,19; litterarum altitudo 0,055. Thebis ante museum. Ectypum chartaceum et apographum a Iudeichio confectum misit Lolling.



'Αθανίας.

2550 Stela sepulcralis lapidis nigricantis, a. 1,095, l. 0,45, c. 0,235. Litterae altae 0,06. Lapis rudi arte elaboratus, ab inferiore parte praeacutus. Thebis ante museum. Ectypum et apographum a Iudeichio confectum misit Lolling.



'Αντικυρα[ῖος].

2551 Stela sepulcralis marmoris nigri subcaerulei, a. 0,87, l. 0,48, acroteriis ornata, Thebis olim in gymnasio, nunc in museo n. 77. Ed. G. Kaibel Hermae VIII p. 424 n. 23. Accuratius ex Lollingii apographo, quo nos quoque usi sumus, Roehl Inscr. Graec. ant. 192 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 189 n. 26. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 303*b*. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 229 n. 686).

ANTIΨARIS

'Αντίχαρις.

2552—2554 Tabula marmoris subcaerulei, desinens supra in angulum acutum, Thebis iuxta aedificium cursus publici. Ed. Lolling *Sitzungsber. der Kgl. Akademie der Wissensch. zu Berlin* 1885 p. 1034 n. 34. Eiusdem apographo usus sum.

(2554) ΕΠΙ
ΠΡΟϹΔΟΚΑ
(2553) Α Ν Τ Ι Φ Α Ν Η Σ
(2552) Α R Ι S Τ Ο Γ Ι Τ Ο N

2552 Ἀριστογίτων.
2553 Ἀντιφάνης.
2554 Ἐπὶ | Προσδοκᾷ.

Magnis temporum intervallis hi tres tituli inter se distant. Nam antiquissimus (n. 2552) quinto a. Chr. n. saeculo recentior non est, alter (n. 2553) tertio aut secundo a. Chr. n. saeculo incisus est; tertium vero (n. 2554) secundo p. Chr. n. saeculo antiquiorem esse non existimo.

2555 Cippus marmoreus albus, Thebis quondam in aedicula extra urbem, nunc in museo. Edd. Pittakis Eph. 3072. P. Foucart *Bulletin de corr. Hellénique* III (1879) p. 143 n. 12 (Roehl Inscr. Graec. ant. 245. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 187 n. 20. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 301. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 229 n. 683). Exscripsit Lolling.

Α Υ Τ Ο Κ R Α Τ Ε Ι Α

Αὐτοκράτεια.

2556 Lapis parvus sepulcralis, in suburbio Thebarum quod vocatur *Pyri.* Ed. Klon Stephanos *Bulletin de corresp. Hellénique* II (1878) p. 28 (Roehl Inscr. Graec. antiq. 190. R. Meister ap. Bezzenberger *Beitr.* V p. 186 n. 10. W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 293. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 349, 4. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 228 n. 674).

B Ρ Ε S Α D Α S

Βρεισάδας.

2557 Tabula marmoris nigri subcaerulei, a. 0,87, l. 0,49, c. 0,16, Thebis in museo. Ex Lollingii apographo, quo nos quoque usi sumus, ed. Roehl Inscr. Graec. antiq. 244 (W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 303 *d*. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 229 n. 688).

D Α Ι Μ Α Ψ Α

Δαϊμάχα.

2558 Thebis in uno ex lapidibus, ex quibus compositum est pavimentum ecclesiae S. Eleusae. Ed. Rangabé *Ant. Hell.* 322 (K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 176 n. LXVI*b*. Lebas *Inscr.* II, 520. Roehl Inscr. Graec. antiq. 188. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 186 n. 5. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 280. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 227 n. 669).

D Α Μ Α Τ R Ι Ο S

Δαμάτριος.

2559 Marmor subcaeruleum, ante ecclesiam S. Athanasii in suburbio Thebarum quod vocatur *Pyri.* Ed. Lolling *Sitzungsber. der Königl. Akademie der Wissensch. zu Berlin* 1885 p. 1034 n. 35. Eiusdem apographo usus sum.

D Ε V Ϙ Ο N


Δεύϙων.

2560 Operculum sarcophagi lapidis calcarii subcaerulei, eruti Thebis a. 1853 in Cadmeae clivo occidentali. Exscripsit Bursian, cuius apographum ter editum est, primum ab ipso *Bullettino dell' Inst. arch. Rom.* 1854 p. XXXV, quod exemplum propter formarum inopiam litteras volgares pro Boeoticis habet, deinde a Rangabéo *Ant. Hell.* 2275, denique accuratissime a K. Keilio *Jahrbücher für Philologie* Suppl. IV p. 540. Iterum ex lapide exscripsit W. Vischer *Epigraph. und archäol. Beiträge aus Griechenland* p. 47 (*Kleine Schriften* II p. 70) n. 49 tab. VI, 5 (Roehl Inscr. Graec. ant. 187. R. Meister ap. Bezzenberger *Beitr.* V p. 185 n. 2. W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 277. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 349, 3. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 227 n. 666. E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 211 n. 197).

Bursian:

Ι Ι Υ . Ι L Α Ο S
Μ Ε N N Ι D Α Ο
Ε S Π Ο N Ι D Ε Υ S

Vischer:



[Ἐρ]υ[σ]ίλαος | Μεννίδαο | Ἑσπωνιδεύς.

Quum ex alterius potissimum versus lectione appareat, Bursiani apographum multo accuratius esse Vischeriano, illud etiam in primo versu supplendo et in tertio legendo sequendum mihi existimavi. Quid sit Ἑσπωνιδεύς, latet, etsi haud improbabile est, gentis aut phratriae aut pagi nomen esse.


2561 Lapis parvus sepulcralis, inventus in suburbio Thebarum quod vocatur *Pyri*, exstat in museo Thebano. Edd. Klon Stephanos *Bulletin de corr. Hellénique* II (1878) p. 28. P. Foucart ibid. III (1879) p. 142 n. 5 (Roehl Inscr. Graec. antiq. 159. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 186 n. 9. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 294. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 349, 1. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 228 n. 673).

E Y Θ Y M I Ψ O Ϛ

Postremam litteram omittit Foucart.

Εὐϑύμιχος.

2562 Basis lapidis albi inventa anno 1841 in septentrionali Thebarum parte. Edd. Pittakis Eph. 844. Rangabé *Ant. Hell.* 366 (Roehl Inscr. Graec. ant. 243. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 186 n. 8. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 283. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 228 n. 672. E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 212 n. 199*b*).



[Ε]ὐπραξία.

2563. 2564 Thebis in domo privata. Ex Lollingii apographo ed. Roehl Inscr. Graec. ant. 160 (W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 303*a*. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 229 n. 687).

(2564) Σ Υ Μ Μ Μ Χ Η

(2563) Θ Ε Α Γ Ε Ν Ε Ϛ

2563 Θεαγένεις.
2564 Συμμ[ά]χη.

Antiquior titulus quinti a. Chr. saeculi, recentior imperatorum Romanorum aetatis est.

2565 Thebis in museo. Ed. P. Foucart *Bulletin de corr. Hellénique* III (1879) p. 142 n. 7 (Roehl Inscr. Graec. ant. 261. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 187 n. 14. W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 295. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 349, 8. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 228 n. 677).

Θ Ε Ι Ο Γ Ι Τ Α

Θειογίτα.

2566 Tabula crassa marmoris albi, Thebis in museo. Ed. Lolling *Sitzungsber. der Kgl. Akademie der Wissensch. zu Berlin* 1885 p. 1034 n. 36. Eiusdem apographo usus sum.

Θ Ε Ο Κ Τ Ι Δ Α Ϛ

Θεοκτίδας.

2566*a* Thebis in horto Diomedis Diamantis. Ed. P. Foucart *Bulletin de corresp. Hellénique* VI (1882) p. 438 (R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 230 n. 691).

H I Ϛ Ϛ M E N I A Σ

Ἱσσμεινίας.

2567 Stela lapidis calcarii nigricantis, a. 0,69 (inferior pars a. 0,18 terrae immissa erat), l. 0,535, c. 0,18. Antica pars laevigata. Litterae altae 0,04. Lapis inventus prope Thebas, exstat in urbe ante museum. Ectypum chartaceum et apographum a Iudeichio confectum transmisit Lolling.

K A Λ I K Λ O

Καλ(λ)ικλώ.

2568 Lapis niger, Thebis in museo. Edd. B. Haussoullier *Bulletin de corr. Hell.* II (1878) p. 590 n. 18 tab. XXVI n. 7. Ex eius exemplo et Lollingii apographo, quo nos quoque usi sumus, Roehl Inscr. Graec. antiq. 161 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 186 n. 11. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 284. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 349, 2. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 228 n. 675).

K A Λ Υ N Θ I Ϛ

Var. lect. Lolling Σ.


Καλυνϑίς.

2569 Lapis niger, inventus in suburbio Thebarum quod vocatur *Pyri*, exstat in museo Thebano. Ed. B. Haussoullier *Bulletin de corresp. Hell.* II (1878) p. 590 n. 20 tab. XXVI n. 24 (Roehl Inscr. Graec. antiq. 189. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 186 n. 12. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 285. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 228 n. 676).

K A Φ I Ϛ O D O R O Ϛ

Καφισόδωρος.

2570 Tabula crassa marmoris leucophaei. Titulus infra ipsum marginem superiorem. Thebis in museo n. 194. Exscripsit Lolling.



Κορ[υ]φ[ά] (?).

2571 Marmor subcaeruleum, a. 0,40, l. 0,35, c. 0,15, Thebis olim in ecclesia S. Theodori, nunc in museo. Edd. Rangabé *Ant. Hell.* 324 ex Xanthi apographo (K. Keil Syll. Inscr. Boeot. p. 176 n. LXVI*d*. Lebas *Inscr.* II, 537). Accuratius Pittakis Eph. 843. Ex eius exemplo et apographo Lollingii accurate cum eo consentiente, quo nos quoque usi sumus, Roehl Inscr. Graec. antiq. 242 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 186 n. 7. W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 282. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 349, 7. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 227 n. 671).

Γ Α < Ι Κ Ⅎ Ε Ι Α

Πασίκλεια.

2572 Lapis sepulcralis niger subcaeruleus, a. 1,00, l. 0,47, c. 0,06, Thebis inventus in coemeterio prope aediculam S. Lucae, exstat in museo n. 40. Edd. P. Foucart *Bulletin de corr. Hellénique* III (1879) p. 143 n. 14. Ex Lollingii apographo, quo nos quoque usi sumus, Roehl Inscr. Graec. ant. 198 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 187 n. 22. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 303. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 349, 6. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 229 n. 685. E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 212 n. 199).

Γ Ο Ⅎ Υ Σ Σ Τ R Ο Τ Α

Πολυσστρότα.

2573 Lapis rudis, Thebis in museo n. 248. Ed. Lolling *Sitzungsberichte der Kgl. Akademie der Wissensch. zu Berlin* 1885 p. 1034 n. 37. Eiusdem apographo usus sum.

R Y Ν Ψ Ο Ν

Ῥύνχων.

2574 Thebis in museo. Ed. P. Foucart *Bulletin de corresp. Hellénique* III (1879) p. 142 n. 7 (Roehl Inscr. Graec. ant. 193. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 187 n. 15. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 296. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 349, 5. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 228 n. 678).

Σ Α Μ Ι Ψ Ο Σ

Σάμιχος.

2574 *a* Tabula lapidis calcarii non accurate laevigata, a. 1,00, l. 0,66, c. 0,27, inscripta litteris grandibus (usque ad 0,09), in agro fere septuaginta gradibus meridiem versus a deversorio quod est in via quae Thebis Lebadeam fert, ad transitum fluvii Thespii (*Kanavaris*). Ed. P. Wolters *Mitth. des archäol. Inst. zu Athen* XIII (1888) p. 103. Eiusdem apographum habui, quod accurate exprimo.

ΣΟΣΙΜΒRΟΤΟΣ

Σωσίμβροτος.

2575 Marmor nigrum, in vico ἅγιος Θεόδωρος prope Thebas. Ed. P. Foucart *Bulletin de corr. Hellénique* III (1879) p. 142 n. 8 (Roehl Inscr. Graec. ant. 194. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 187 n. 16. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 297. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 228 n. 679).

Φ Ι Ⅎ Ο Μ Ε Ⅎ Ι D Α Σ

Φιλομειλίδας.

2576 Marmor nigrum, in suburbio Thebarum quod vocatur *Pyri*. Ed. P. Foucart *Bulletin de corr. Hellénique* III (1879) p. 143 n. 10 (Roehl Inscr. Graec. ant. 196. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 187 n. 18. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 299. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 229 n. 681).

Φ Ι Ⅎ Ο Ψ Α R Ι D Α Σ

Φιλοχαρίδας.

2577 ‘In vico Moricio (*Peteone*?) in ecclesia’. Ex Rossii diario ed. Roehl Inscr. Graec. ant. 184 (W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 303 *i*. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 232 n. 702).

Φ Ι Ⅎ Ο + Ο R Ο Σ

Φιλόχορος.

2578 Marmor magnum caeruleum nigricans, in aedicula τῆς ζωοδόχου πηγῆς in vico *Moschopodi* prope Thebas. Edd. P. Foucart *Bulletin de corresp. Hellénique* III (1879) p. 143 n. 11. Ex Lollingii apographo Roehl Inscr. Graec. ant. 197 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 187 n. 19. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 300. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 229 n. 682).

| Α R Α D R Ι Ν Ο Σ |

[Χ]αραδρῖνος.

2579 Cippus marmoris albi, inventus Thebis ad aediculam S. Trinitatis, translatus in museum. Edd. P. Foucart *Bulletin de corr. Hellénique* III (1879) p. 143 n. 13. Ex Lollingii apographo, quo nos quoque usi sumus, Roehl Inscr. Graec. antiq. 269 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 187 n. 21. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 302. P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 349, 10. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 229 n. 684).

Ψ Α R Ι D Α Ι Τ Ι Σ

Tertia littera apud Foucartum R est.


Χαριδαιτίς.

2580 In sacello ἁγίας Παρασκευῆς prope Thebas. Ed. P. Foucart *Bulletin de corresp. Hellénique* III (1879) p. 142 n. 9 (Roehl Inscr. Graec. antiq. 195. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* V p. 187 n. 17. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 298. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 229 n. 680).

Ψ Α R Ο Π Ι Σ


Χαροπίς.

Θιός. | Εὐκλίδαο ἄρχοντος Βοιωτῦς, ἐπὶ πόλιος δὲ | Εὐμείλω, πολεμαρχιόντων Ἀντικρά|τιος Ἀμονίαο, Ἀθανοδώρω Φιλομει|λίδαο, Εὐμείλω Ἀριστογίτονος, γρα|μματεύοντος Ἄρχωνος Ἀρχίαο, τυῒ | ἀπεγράψανθο ἐμ πελτοφόρας· | Μουκρῖνος Δάμωνος, Πάτρων Διω|νιουσοδώρω, Καλλικλίδας Θιτίμω, | Καφισ[ό]δωρος Διονιουσοδώρω, | Σώστρατος Ἀριστίωνος, Καφισίας | Πολιουκλίδαο, Πασώνδας, Κλεινόμ|αχος Διωνιουσοδώρω, Ἀριστίων | Κάλλωνος.

Euclidas archon quin eiusdem fere aetatis sit, qua tituli n. 2818. 2820. 2822. 2823. 2825. 2826 exarati sunt, non licet dubitari. Nam inter polemarchos et hic et Potidaïchi anno (n. 2820) est Athanodorus Philomelidae f. Alterius polemarchi Eumeli Aristogitonis f. filius Aristogito tiro est Agatharchida archonte (n. 2823). Vice versa qui hic inter tirones recensetur Mucrinus Damonis f., eius pater polemarchus fuit archonte Theotimo (n. 2822). Atqui quum polemarchiae honorem appareat plerumque certe paullo provectiore aetate susceptum esse, filii tirocinium et patris magistratum non nimio temporis intervallo distineri consentaneum est; nonnunquam, ut n. 2809, adeo in eundem annum incidunt. Adde quod hic inter tirones est Caphisodorus Dionysodori f., n. 2814 Dionysodorus Caphisodori f., ut fere triginta anni inter hos duos titulos intercedere videantur, quod plane cum illa de tituli aetate sententia, quam supra exposui, convenit.

2828 Hyetti (*Dendra*) in eodem muro. Ex ectypo chartaceo a Stamataki misso ed. Kumanudis Ἀθηναίου I p. 495 n. 12 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 34 n. 15. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 168. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 204 n. 541). Exscripsit Lolling.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΒΟΙΩ
FΘΙΟΚΡΙΤΩΠΟΛΕΜΑΡΧΙΟΝ
ΔΙΩΝΙΟΥΣΟΔΩΡΩ
ΛΙΧΑΡΙΟΣΕΥΜΕΙΛΩ
ΜΜΑΤΙΔΔΟΝΤΟΣΚΑΛΛΩ
ΑΠΕΓΡΑΨΑΝΘΟΕΜΠΕΛΤΟ
ΑΜΙΝΩΝΔΑΟΞΕΝΟΚΡΑ
ΣΙΚΛΕΙΣΣΩΣΙΚΛΕΙΟΣ
ΚΡΑΤΙΟΣΒΙΟΤΤΕΙΣΜΕ
ΕΥΚΙΝΑΟΣΩΚΡΑ
ΟΔΩΡΟΣΠΟΛΙΟΥ
ΞΕΥΝΟΣΤΙΔΑΟ
ΑΣΙΩΝΠΑΣΙΩΝΟΣ

.... ἄρχοντος Βοιω[τοῖς, | ἐπὶ πόλιος δ]ὲ Θιοκρίτω, πολεμαρχιόν[των | ....] Διωνιουσοδώρω, | [........ Καλ]λιχάριος, Εὐμείλω | [......., γρα]μματίδδοντος Κάλλω|[νος ....., τυῒ] ἀπεγράψανθο ἐμ πελτο|[φόρας· ..... Ἐπ]αμινώνδαο, Ξενοκρά|[τεις ... ..., Σω]σικλεῖς Σωσικλεῖος, | ....κράτιος, Βιότττεις Με|[... ..., ... Λ]ευκίναο, Σωκρά[τεις | ......, Καφισ]όδωρος Πολιου-[ρεί|τω, ...]ς Εὐνοστίδαο, | [.........., Π]ασίων Πασίωνος.

Adeo mutilatus est titulus, ut neque restitui neque aetas definiri certa ratione possit. Versus undecimi supplementum petivi ex n. 2824.

2829 Hyetti (*Dendra*) in eodem muro. Ex ectypo chartaceo a Stamataki misso ed. Kumanudis Ἀθηναίου I p. 492 n. 6 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 32 n. 8. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 161. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 202 n. 534. Exscripsit Lolling.

[*Textum vide pag. seq.*]

Θιός. | Καφιστοτίμ[ω ἄ]ρχοντος Βοιωτῦς, ἐπὶ πόλιος δὲ | Πολιουκλίδαο, πολεμαρχιόντων Ϝαναξάνδρω Διω|νιουσοδώρω, Δαμαγάθω Μνασίππω, Προππίδαο | Δαμοξένω, γραμματίδδοντος Μιτίωνος Ἀριστογί|τονος, τυῒ ἀπεγ[ρά]ψανθο ἐμ πελτοφόρας· Δά|μων Διωνιουσοδώρω, Φίλων Φιλοξένω, Πολιούξε|νος Μνασιθίω, Πουθόδωρος Ἀγλάωνος, Πουθό|δωρος Κλίωνος, Ἀριστόκριτος Ἀρίστωνος, Διω|νιούσιος Τιμοξένω.

ΘΙΟΣ
ΚΑΦΙΣΟΤΙΜ/// ///ΡΧΟΝΤΟΣΒΟΙΩΤΥΣΕΠΙΠΟΛΙΟΣΔΕ
ΠΟΛΙΟΥΚΛΙΔΑΟΠΟΛΕΜΑΡΧΙΟΝΤΩΝϜΑΝΑΞΑΝΔΡΩΔΙΩ
ΝΙΟΥΣΟΔΩΡΩΔΑΜΑΓΑΘΩΜΝΑΣΙΠΠΩΠΡΟΠΠΙΔΑΟ
ΔΑΜΟΞΕΝΩΓΡΑΜΜΑΤΙΔΔΟΝΤΟΣΜΙΤΙΩΝΟΣΑΡΙΣΤΟΓΙ
ΤΟΝΟΣΤΥΙΑΠΕΓ/// ///ΨΑΝΘΟΕΜΠΕΛΤΟΦΟΡΑΣ ΔΑ
ΜΩΝΔΙΩΝΙΟΥΣΟΔΩΡ ΩΦΙΛΩΝΦΙΛΟΞΕΝΩΠΟΛΙΟΥΞΕ
ΝΟΣΜΝΑΣΙΘΙΩΠΟΥΘΟΔΩΡΟΣΑΓΛΑΩΝΟΣΠΟΥΘΟ
ΔΩΡΟΣ ΚΛΙΩΝΟΣΑΡΙΣΤΟΚΡΙΤΟΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣΔΙΩ
ΝΙΟΥΣΙΟΣΤΙΜΟΞΕΝΩ

Huius tituli polemarchi omnes eodem honore praediti redeunt in laterculis eorum archontum qui ante Dionysium i. e. utique ante annum 246 a. Chr. fuerunt, Anaxander Dionysodori f. et Damagathus Mnasippi f. altero Philōnis anno (n. 2815), Proppidas Damoxeni f. eo qui illum proxime insecutus est (n. 2816). Quare ne Caphisotimi quidem magistratum magno intervallo ab eis abesse consentaneum est.

2830 Hyetti (*Dendra*) in eodem muro. Ex ectypo chartaceo a Stamataki misso ed. Kumanudis Ἀθηναίου I p. 493 n. 7 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 32 n. 9. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 162. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 202 n. 535). Exscripsit Lolling.

ΘΙΟϹ
ΚΤЄΙϹΙΑΟΑΡΧΟΝΤΟϹΒΟΙωΤΥϹЄΠΙΠΟ
ΛΙΟϹΔЄΜΥΡΙΑΟΠΟΛЄΜΑΡΧΙΟΝΤωΝΔΑΜΟ
ΝΙΚωΑΡΙϹΤΟΛΑωΚΑΛΛΙΧΑΡΙΟϹЄΠΙΤΙΜΩϜΑΡΜΙΧΩ
ΠΙΘΟΥΛΛΩΓΡΑΜΜΑΤΙΔΔΟΝΤΟϹЄΥΜЄΙΛωΔΑ
ϹωΝΟϹ ΤΥΙΑΠЄΓΡΑΨΑΝΘΟЄΜΠЄΛΤΟΦΟΡΑϹ
ΚΑΛΛΙΞЄΝΟϹΑΡΙϹΤΟΔΑΜΩΝΙΟΥΜΕΙΝΙΟϹΝΙΟΥ
ΜЄΙΝΙωΑΝΔΡΟΚΛЄΙϹΑΘΑΝΙΑΟΑΡΙϹΤΙΑϹΤΙΜΟ
ΚΛЄΙΟϹΔΑΜΑΤΡΙΟϹΑϹωΠωΠΟΛΙΟΥΞЄΝΟϹΑΜΟΥ
ΝΙΑΟϹΠΙΝΘΑΡΟϹΑΡΙϹΤΙωΝΟϹΚΡΙΤωΝΑΡΙϹΤΟ
ΓΙΤΟΝΟϹЄΡΜ///ΑΙΟϹΑΘΑΝΙΑΟ

Θιός. | Κτεισίαο ἄρχοντος Βοιωτῦς, ἐπὶ πό|λιος δὲ Μυρίαο, πολεμαρχιόντων Δαμο|νίκω Ἀριστολάω, Καλλιχάριος Ἐπιτίμω, ϝαρμίχω | Πιθούλλω, γραμματίδδοντος Εὐμείλω Δά|σωνος, τυῒ ἀπεγράψανθο ἐμ πελτοφόρας· | Καλλίξενος Ἀριστοδάμω, Νιουμείνιος Νιου|μεινίω, Ἀνδροκλεῖς Ἀθανίαο, Ἀριστίας Τιμο|κλεῖος, Δαμάτριος Ἀσωπῶ, Πολιούξενος Ἀμου|νίαο, Σπίνθαρος Ἀριστίωνος, Κρίτων Ἀριστο|γίτονος, Ἑρμάϊος Ἀθανίαο.

Ex omnibus horum lapidum archontibus, quorum nomina alibi redeunt, maximam difficultatem praebet Ctesias, quem hic habemus. Etenim is est in tironum recensu Orchomenio n. 3174. Atque illius quidem tituli aetatem sollerti sane atque acuta observatione explorare conatus est Meisterus. Nempe in titulo n. 3173, qui non modo in eadem cum n. 3174 tabula est, sed propter polemarchorum nomina utrobique plane consentientia eiusdem anni esse existimandus est, vs. 17. 18 leguntur haec: τὸ ὁμόλογον [π]αρ | [Ὀ]νάσιμον Θιογίτονος. Atqui eundem Onasimum Thiogitonis f. Orchomenium redire inter fideiussores in nobilissima illa Nicaretes Thespiensis inscriptione (n. 3172 vs. 14. 15), cuius aetatem Onasimi communis Boeotorum archontis nomine certissime definiri; nam eum cum in laterculo Aegosthenitano n. 210 esset certe neque a. 223 a. Chr. priorem neque anno 192 posteriorem existimandum esse. Eiusdem aetatis igitur etiam Ctesiae magistratum esse. Quae etsi in universum recte se habent, tamen non est cur Onasimum Thiogitonis f. Orchomenium eodem vitae suae tempore, quo instrumentum illud apud eum deponebatur (n. 3173), pro civitate Orchomeniorum fidem suam interposuisse sumamus (n. 3172). Quid enim impedit, quominus viginti aut adeo plures annos inter has duas res, i. e. inter Ctesiae et Onasimi archontum magistratus elapsos statuamus? Ac re vera Ctesiam illo tempore, quo Megarenses et Aegosthenitae Boeotorum societati interfuerunt, aliquanto antiquiorem esse polemarchorum nomina indicio sunt, ex quibus duo, Damonicus Aristolai f. et Callichares Epitimi f., iam Aristomacho archonte (n. 2810) in magistratu fuerunt. Quae res nescio an cum illa Meisteri observatione sic commodissime concilietur, ut Ctesiam medio fere inter Aristomachi et Onasimi archontum annos tempore, i. e. circiter a. 240—230 a. Chr., in magistratu fuisse statuamus.

2831 Hyetti (*Dendra*) in eodem muro. Ex ectypo chartaceo a Stamataki misso ed. Kumanudis Ἀθηναίου I p. 495 n. 11 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 33 n. 14. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 167. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 203 n. 540). Exscripsit Lolling.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΒΟΙΩΤΥΣ
ΕΠΙΠΟΛΙΟΣΔΕΘΑΡΣΩΝΟΣΠΟΛΕΜΑΡ
ΧΙΟΝΤΩΝΔΕΞΩΝΟΣΤΙΜΩΝΟΣ
///////////////ΟΣΛΙΛΕΙΤΟΣΕΠΑΜΙΝΩΝΔΑΟ
///////////////////////ΑΜΜΑΤΙΔΔΟΝΤΟΣΞΕΝΟΚΛΙ
_ ///////////////////ΙΟΣΤΥΙΑΠΕΓΡΑΨΑΝΘΟΕΜΠΕΛΤΟ
//////////// ΑΣΕΥΜΕΙΛΟΣΚΑΦΙΣΙΑΟΑΜΙΝΩΝΠΟ
////////////////////////ΙΔΑΟΔΙΟΔΩΡΟΣΔΙΟΔΩΡΩΛΕΥΚΙΝΑΣ
///ΕΥΚΙΝΑΟΑΡΙΣΤΩΝΑΡΙΣΤ///ΟΚΛΕΙΟΣΘΙΟ
///ΕΝΟΣΛΟΥΣΩΝΟΣΔΙΩΝΙΟΥΣΟΔΩΡΟΣΔΙΩ
/// /// /// ///ΣΟΔΩΡΩΕΜΠΕΔΟΚΛΕΙΣΕΜΠΕ *vac.*

.... ἄρχοντος Βοιωτῦς, | ἐπὶ πόλιος δὲ Θάρσωνος, πολεμαρ|χιόντων Δέξωνος Τίμωνος, | [Θάρσων]ος Λίλειτος, Ἐπαμινώνδαο | [Ϝαρμίχω, γρ]αμματίδδοντος Ξενοκλί|[δαο Τίμων]ος, τυὶ ἀπεγράψανθο ἐμ πελτο|[φόρ]ας· Εὔμειλος Καφισίαο, Ἀμίνων Πο|[λιουχαρ]ίδαο, Διόδωρος Διοδώρω, Λευκίνας | [Λ]ευκίναο, Ἀρίστων Ἀριστοκλεῖος, Θιό|[ξ]ενος Λούσωνος, Διωνιουσόδωρος Διω|[νιου]σοδώρω, Ἐμπεδοκλεῖς Ἐμπέ|[δωνος].

Horum titulorum (n. 2831. 2832) condicio adeo est similis, ut de eis coniunctim dici commodissimum sit. Eos recentissimos esse ex omnibus qui aetatem tulerunt laterculis Hyettiis probabile est. Nam primum quidem, quin eis quos ad posteriorem saeculi tertii partem rettuli (n. 2818. 2820. 2822. 2823. 2825. 2826. 2827) antiquiores non sint, dubitari non sinunt cum Tharsonis Liletis f. polemarchi nomen, qui n. 2820 scriba, n. 2831 polemarchus est, tum tirones Aristo Aristoclis f. n. 2831 et Antigenes Eudori f. n. 2832, quorum patres tirocinium posuerunt medio a. Chr. saeculo secundo (Εὔδωρος Ἀντιγένιος n. 2812. Ἀριστοκλεῖς Ἀρίστωνος n. 2814). Quibus exemplis nescio an tertium addi liceat Eumelum Caphisiae f. tironem n. 2831, cuius patrem Caphisiam Polymeli f. n. 2810 esse certe propter summam nominum Εὔμειλος et Πολύμειλος similitudinem veri simile est. Sed adeo horum titulorum utrumque vel recentissimis eorum quos supra enumeravi posteriorem esse inde colligas, quod archonte Theotimo (n. 2822), qui certe Caphisia et Potidaicho recentior est, inter tirones sunt Ξενοκλίδας Τίμωνος et Φιλόκριτος Τίμωνος, fratres fortasse, ex quibus illum scribam in titulo n. 2831, hunc polemarchum n. 2832 habes. Sed tamen Epaminondae Varmichi f. polemarchi nomine, quod in utroque ex his titulis (n. 2831. 2832) est, ad nimis recentia tempora descendere vetamur. Nam si reputaveris quae ad n. 2809 disputata sunt, hos duos laterculos anno 210 a. Chr. recentiores non esse intelleges.

2832 Hyetti (*Dendra*) in eodem muro. Ex ectypo chartaceo a Stamataki misso ed. Kumanudis Ἀθηναίου I p. 494 n. 10 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 33 n. 13. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 166. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 203 n. 539). Exscripsit Lolling.

ΕΠΙΠΟΛΙΟΣΔΕΠΑΤΡΩΝΟΣΠΟΛΕΜΑΡΧΙΟΝ
ΤΩΝΕΠΑΜΙΝΩΝΔΑΟϜΑΡΜΙΧΩΦΙΛΟΚΡΙΤΩ
ΤΙΜΩΝΟΣΦΙΛΙΠΠΩΚΑΛΛΩΝΟΣΓΡΑΜΜΑ
ΤΙΔΔΟΝΤΟΣΤΙΜΑΣΙΩΝΟΣΘΕΙΣΠΙΩΝΟΣ
ΤΥΙΑΠΕΓΡΑΨΑΝΘΟΕΜΠΕΛΤΟΦΟΡΑΣ
ΔΑΜΑΤΡΙΧΟΣΔΑΜΑΤΡΙΧΩΑΝΤΙΓΕΝΕΙΣΕΥ/////
vac.

[......., ἄρχοντος Βοιωτῦς], ἐπὶ πόλιος δὲ Πάτρωνος, πολεμαρχιόν|των Ἐπαμινώνδαο Ϝαρμίχω, Φιλοκρίτω | Τίμωνος, Φιλίππω Κάλλωνος, γραμ|ματίδδοντος Τιμασίωνος Θεισπίωνος, | τυὶ ἀπεγράψανθο ἐμ πελτοφόρας· | Δαμάτριχος Δαματρίχω, Ἀντιγένεις Εὐ[δώρω].

Vs. 6 fin. Εὐ[δώρω] supplevi ex titulo n. 2812. De aetate tituli cf. quae disputata sunt ad n. 2831.

2833 Basis lapidis leucophaei, a. 0,25, l. 1,00, c. 1,00, imposita mensae sacrae in ecclesia S. Athanasii, quae est intra arcem Hyetti antiquae (*Dendra*). Ex Demetriadis apographo ed. Kumanudis Ἀθηναίου IV p. 102. Exscripsit Lolling.

ΑΥΤ·Κ·Λ∠ΕΠ·ΣΕΟιΗΡΟΝΠΕΡΤΙ
ΝΑΚΑΑΡΑΒΙΚΟΝΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΝΠΑΡ
ΘΙΚΟΝΜΕΓΙΣΤΟΝΣΕΒΑΣΤΟΝΕΥ
ΣΕΒΗΕΥΤΥΧΗΗΠΟΛΙΣΥΗΤΤΙΩΝ

Αὐτ(οκράτορα) Κ(αίσαρα) Λ(ούκιον) Σεπ(τίμιον) Σεο[υ]ῆρον Περτί|νακα Ἀραβικὸν Ἀδιαβηνικὸν Παρ|θικὸν μέγιστον Σεβαστὸν Εὐ|σεβῆ Εὐτυχῆ ἡ πόλις Ὑηττίων.

Monumenta Septimii Severi (n. 2833) et Caracallae (n. 2834) non eodem tempore erecta esse cum leves quaedam litteraturae discrepantiae indicant, tum ipsi tituli. Nam n. 2833 Severo superstiti dedicatum esse non est quod accuratius demonstretur, n. 2834 vero post eius mortem erectum est; nam Caracallae statuam cum praeconio adulationis pleno τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην τῆς ἰδίας οἰκουμένης certe iuxta illam patris etiamtum superstitis, quae nullum eiusmodi elogium haberet, Hyettios erecturos fuisse non est credibile.

2834 Tabula quadrata (l. et c. 0,90) marmoris nigri, quae nunc imposita est mensae sacrae in ecclesiola vici *Lutsi* siti dimidio horae a *Dendra* (Hyetto) in eam regionem quae spectat inter meridiem et occidentem, item dimidio horae septentrionem versus a *Pavló*. Ed. P. Girard *Bulletin de corresp. Hellénique* II (1878) p. 506 n. 13. Exscripsit Lolling.

///Υ Τ Κ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝΣΕΒ☙
ΗΠΟΛΙΣΥΗΤΤΙΩΝΤΟΝΣΩΤΗΡΑ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΗΝΤΗΣΙΔΙΑΣΟΙΚΟΥΜΕ
ΝΗΣ

[Α]ὐτ(οκράτορα) Κ(αίσαρα) Μ(ᾶρκον) Αὐρ(ήλιον) Ἀντωνεῖνον Σεβ(αστὸν) | ἡ πόλις Ὑηττίων, τὸν σωτῆρα | καὶ εὐεργέτην τῆς ἰδίας οἰκουμέ|νης.

Cf. quae exposui ad n. 2833.

2835 Marmor leucophaeum inaedificatum in muro exteriore ecclesiae S. Georgii sitae septentrionem versus ab arce Hyetti. Ed. P. Girard *Bulletin de corresp. Hellénique* II (1878) p. 506 n. 12 (R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 29 n. 1. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 154. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschriften* I p. 199 n. 527. E. Loewy *Inschriften Griech. Bildhauer* p. 113 n. 153). Exscripsit Lolling.

ΧΗΤΙΠΠΑ
ΤΟΝΟΥΙΟΝ
ΙΣΜΕΙΝΙΑΟΚΗ
ΔΕΛΦΙΟΝΤΥ
ΚΑΝΑΧΟΣΔΕ///

Χητίππα .... | τὸν οὑιὸν .... | Ἱσμεινίαο κὴ | [..... ... τὸν ἀ]|δελφιὸν τῦ[ς Θιῦς].
Κάναχος Δε[ινομένεος(?) ἐποίησεν].

Litteras post artificis nomen servatas ad patris significationem spectare certissimum est, ipsum supplementum, quod Loewyus repetivit ex Plinii N. h. XXXIV, 50, sane incertum. Canachus statuarius duobus illis cognominibus, quorum apud scriptores memoria exstat (Brunn *Geschichte der griech. Künstler* I p. 74 sqq. 277), recentior est.

2836 Marmor leucophaeum cubi figura, inaedificatum Hyetti (*Dendra*) in ecclesiola S. Georgii. Exscripsit Lolling.

ÐΙΑΖWΙΛΑΤ///
////ΝΔΡΙΑΝΤΑΕΙΚΟ
//ΙΙΔΙΑΑΡΕΤΗ⊨⊨
ΝΕΚΕΝΚΑΙΤΗ⊨
ΤΡΟCΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑ
///ΥΝΟΙΑ⊨ΨΗΦΙCΜΑ
///ΤΗ⊨ΒΟΥΛΗ⊨Ε
///ΤΩΝΙΔΙΩΝΕΠΟΙΗ
///ΕΝ

[Φλα]βία Ζωΐλα τ[ὸ]|ν ἀνδριάντα εἰκό|[νι] ἰδίᾳ ἀρετῆς ἕ|νεκεν καὶ τῆς | πρὸς τὴν πατρίδα | [ε]ὐνοίας ψηφίσμα|[τι] τῆς βουλῆς ἐ|[κ] τῶν ἰδίων ἐποίη|[σ]εν.

Videtur a senatu Hyettiorum Flaviae Zoilae statua honoraria ipsius imaginem referens decreta esse, quam illa, cum honore contenta sumptum civitati remitteret, suis impensis faciendam atque erigendam curavit, ut opulenti et ambitiosi homines in Graecis civitatibus recentiore tempore frequentissime faciebant. Aliter intellegi titulus vix potest, etsi sic quoque mirum est ac paene ridiculum, Zoilam ipsam propter suam virtutem suumque patriae amorem statuam dedicare.

2837 In ecclesiola S. Nicolai sita prope *Dendra* (vide n. 2808) se invenisse dicit Meletius, qui edidit Geogr. p. 337 (Boeckh C. I. G. 1754. Bis repetivit Lebas *Inscr.* II, 606 inter Boeoticos titulos, II, 1010 inter Opuntios).

ΗΡΟΔΟΤΟΣΛΑΜΠΩΝΑΜΦΙΑΝΘΕΟΙΣ

Ἡρόδοτος, Λάμπων Ἀμφίαν Θεοῖς.

2838 In ecclesiola S. Nicolai, quae est prope *Dendra* (vide n. 2808), se invenisse refert Meletius Geogr. p. 337 (Boeckh C. I. G. 1753. Bis repetivit Lebas *Inscr.* II, 613 inter Boeoticos titulos, II, 1013 inter Opuntios).

ΟΠΑΛΑΙΟΣΤΑΤΙΟΣΟΠΟΛΙΧΟΥΤ......

Boeckhius agnovit nomen Τάτιος ὁ Πολίχου. Sed num ante haec re vera ὁ παλαιός scriptum fuerit et quo haec verba spectaverint, in medio relinquendum est.

2839 Tabula marmoris albi, a. 1,00, l. 0,40, inaedificata in ecclesiola Panagiae prope vicum *Martino* iuxta introitum ἱερᾶς τραπέζης. Ed. Ross *Morgenblatt* 1835 n. 207 p. 827*b* (K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 173 n. LXII*k*. Lebas *Inscr.* II, 612). *Königsreisen* I p. 98. Litterarum formas ex Rossii schedis accuratius expressit K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 606 (W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 143. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 308 n. 1143). Exscripsit Lolling.

ΑΘΑΝΙΑΣ
rosa *rosa*

Ἀθανίας.

2840 Stela sepulcralis marmoris albi, a superiore parte magnifice exornata, inaedificata Hyetti (*Dendra*) in ecclesiola S. Georgii. Exscripsit Lolling.

ΔΙΟΓΕΝΙΣ
rosa *rosa*

Διογενίς.

2841 Tabula marmoris albi, a. 0,95, c. 0,35, inaedificata sinistram versus a porta ecclesiolae Panagiae sitae quinque minutarum intervallo ab arce antiqua ad viam quae coniungit vicos *Martino* et *Kastri*. Ex L. Rossii schedis ed. K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 606 (R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschriften* I p. 308 n. 1142). Exscripsit Lolling.

ΕΥΞΙΟΝ

rosa *rosa*

Εὔξιον.

2842 Tabula marmoris albi, a. 1,45, l. 0,42, cum aëtomate, intra quod clypeus anaglypho expressus, inaedificata sinistram versus a porta in ecclesiola S. Demetrii, quae est inter rudera arcis antiquae sitae in colle orientem et meridiem versus a vico *Martino*. Ed. Ross *Morgenblatt* 1835 n. 207 p. 827*b* (K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 173 n. LXII*i*. Lebas *Inscr*. II, 611). *Königsreisen* I p. 98. Ex Rossii schedis litterarum formas accuratius expressit K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 606 (R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 308 n. 1141). Exscripsit Lolling.

ΕΥΦΡΑΝΩΡ

Εὐφράνωρ.

2843 Frustulum marmoris albi cum ornamentis, Hyetti (*Dendra*) inaedificatum in interiore parte ecclesiolae S. Georgii. Exscripsit Lolling.

ɔ Ι C Δ Ο

[Θ]ι[ό]δο[τος].

2844 In vicinia vici *Martino*. Ed. Ross *Morgenblatt* 1835 n. 207 p. 827*b* (K. Keil Syll. Inscr. Boeot. p. 173 n. LXII*h*. Lebas *Inscr*. II, 610). *Königsreisen* I p. 98. Ex Rossii schedis accuratius litterarum formas expressit K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 606 (R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 308 n. 1140).

ΣΦΟΔΡΙΑΣ

Σφοδρίας.

2845 Tabula crassa lapidis nigricantis, quae efficit operculum mensae sacrae in ecclesiola S. Ioannis, quae est in vico *Pavló* prope Hyettum. Exscripsit Lolling.

ΣΩΜ//// ι////////

Σωμ[ένης] restituerem, si spatium quattuor litteris supplendis sufficeret.

2846 Stela alta lapidis nigricantis cum aëtomate, intra quod vas anaglypho expressum, Hyetti (prope *Dendra*) in ecclesiola S. Georgii. Exscripsit Lolling.

ΠΑΡΑΜΟΝΟC
ΠΑΠΟC

rosa *rosa*

Παραμονος, | Πάπος.

2847 Tabula lapidis leucophaei, quae liminis superioris vice fungitur in ecclesia S. Athanasii, quae est in vico *Pavló* prope Hyettum. Exscripsit Lolling.

///ΙΝΑΙΑ
CΙΑΛΙΑ

. . . . ιναία | . . . . . . ιαλία.

XI.

HALIARTVS.

2848 In ecclesiola sita inter rudera Haliarti antiquae. Ex ectypo chartaceo ed. P. Foucart *Bulletin de correspondance Hellénique* IX (1885) p. 424 n. 37.

. . . .
. . . . Ο Σ Μ Ε Λ Ι Τ Ω Ν Θ Υ Μ . . . Α Ο
Ε Λ Ε Ξ . Π Ρ Ο . Ε Β Ω Λ Ε Υ Μ Ε Ν Ο Ν Ε Ι Μ Ε Ν Α Υ Τ Υ Π Ο Τ Ι Δ Α Μ Ο Ν Μ Ε
Ν Α . Δ Ρ Ο Ν . . . . Α Σ Τ Ο Ν Ν Ε Σ . . . .
Κ Α Σ Σ . Ν Δ Ρ Ο Ν Ν Ι Κ Α Ρ Χ Ω Μ Α Κ Ε Δ Ο Ν Α Σ Ε . . Ε Δ Ε Σ Σ Α Σ
Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ω Σ Ε Ι Μ Ε Ν Κ Η Ε Υ . . . . Τ Α Σ Τ Α Σ Π Ο Λ Ι Ο Σ Α Ρ Ι Α Ρ Τ Ι Ω Ν
Κ Η Α Υ Τ . Σ Κ Η Ε . Γ Ο Ν . . Κ Η Ε Ι Μ Ε Ν Α Υ Τ Υ Σ Γ Α . . . . Υ Κ Ι Α Σ Ε . Π Α Σ
. . . . Τ Ε Λ Ι Α Ν . . . . . . Ι Α Ν . . . . Π Ο Λ Ε Μ . . . . Α Ν
. . Σ Α Σ . . . . Θ Α . . . . Η Τ Α Λ Λ Α Π Α Ν Τ Α
. . . .

[. . . . . ἄρχοντ]ος, Μελίτων Θυμ[οίτ]αο | ἔλεξ[ε]· προ[β]εβωλευμένον εἶμεν αὐτῦ ποτὶ δᾶμον, Μέ|να[ν]δρον [. . . . ., Ἄδρ]αστον Νέσ[τορος, ...], | Κάσσ[α]νδρον Νικάρχω Μακεδόνας ἐ[σς] Ἐδέσσας | προξένως εἶμεν κὴ εὐ[εργέ]τας τᾶς πόλιος Ἁριαρτίων | κὴ αὐτ[ὼ]ς κὴ ἐ[σ]γόν[ως], κὴ εἶμεν αὐτῦς γᾶ[ς κὴ ϝ]υκίας ἔ[π]πασ[ιν | κὴ ἀ]τέλιαν [κὴ ἀσφάλ]ιαν [κὴ ἀσουλίαν κὴ] πολέμ[ω κὴ ἰρ]άν[ας | ἰώ]τας [κὴ κατὰ γᾶν κὴ κατὰ] θά[λατταν, κ]ὴ τἆλλα πάντα | [καθάπερ κὴ τῦς ἄλλυς προξένυς κὴ εὐεργέτης].

Antiquior scriptura Ἁρίαρτος, Ἁριάρτιος, de qua iampridem Armenidae testimonio apud Stephanum Byzantium s. v. Ἁλίαρτος et nummorum inscriptionibus (cf. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 226 n. 662) constabat, nunc praeter hunc titulum etiam in dedicationibus Thespiensi n. 1795 et Acraephiensi n. 2724*b* inventa est. Ceterum et hoc decretum et n. 2849 anno 168 a. Chr., quo oppidum eversum et ager Atheniensibus donatus est (v. adn. ad n. 2850), antiquiora esse sponte patet.

2849 In ecclesiola Panagiae quae est in vico *Mulki.* Ex ectypo chartaceo ed. P. Foucart *Bulletin de corresp. Hellénique* IX (1885) p. 425 n. 38. Cf. quae adnotavi Hermae XXI p. 633.

Ξ Ε Ν Ν Ι Ο Σ Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ο Σ
Ξ Ε Ν Π Ρ Ο Β Ε Β Ω Λ Ε Υ Μ Ε Ν Ο Ν Ε Ι
Τ Ε Ι Σ Ξ Ε Ν Ο Κ Ρ Α Τ Ι Ο Σ Μ Α Κ Ε
\ Ο Σ Ο Φ Ο Σ Π Α Ρ Ε Π Ι Δ Α Μ Ι Ω Ν
Σ Π Ο Ι Ε Ι Σ Α Μ Ε Ν Ο Σ Ε Υ Δ Ο
Α Σ Ι Υ Σ Χ Ο Λ Α Δ Δ Ω Ν Τ Ω Σ
Ν Ω Σ Α Σ Τ Ρ Ε Φ Ε Τ Η Ε Ν Τ Η Π
Ε Ν Ο Ν Ε Ι Μ Ε Ν Κ Η Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Τ Α
Υ Τ Ο Ν Κ Η Ε Σ Γ Ο Ν Ω Σ Κ Η Ε Ι
Ε Π Π Α Σ Ι Ν Κ Η F Ι Σ Ο Τ Ε Λ Ι Α Ν
Ν Κ Η Π Ο Λ Ε Μ Ω Κ Η Ι Ρ Α Ν Α Σ Ι Ω
Τ Τ Α Ν Κ Η Τ Α Α Λ Λ Α Π Α Ν Τ Α
Ρ Ο Ξ Ε Ν Υ Σ Κ Η Ε Υ Ε Ρ Γ Ε
Α Γ Γ Ρ Α Ψ Η Τ Ο Ψ Α Φ Ι Σ Μ Α
Σ Τ Υ Ε Ι Μ Ε Ν

[Θιὸς τύχαν ἀγαθάν. Ἐπὶ] Ξέννιος ἄρχοντος,
[. . . . . ἔλε]ξεν· προβεβωλευμένον εἶ-
[μεν αὐτῦ, ἐπιδεὶ . . . .]τεις Ξενοκράτιος Μακε-
[δὼν ἐς . . . . ἀνεὶρ φι]λόσοφος παρεπιδαμίων
[ἐν τῆ πόλι, τὰς ἐπιδίξι]ς ποιεισάμενος εὐδό-
[ξως κὴ εὐπρεπῶς, ἐν τῦ γυμν]ασίυ σχολάδδων τώς
[τε ἐφείβως παιδεύων, σεμ]νῶς ἀστρέφετη ἐν τῆ π-
[όλι, δεδόχθη τῦ δάμυ, πρόξ]ενον εἶμεν κὴ εὐεργέτα-
[ν τᾶς πόλιος . . . .τια κὴ α]ὐτὸν κὴ ἐσγόνως, κὴ εἶ-
[μεν αὐτῦς γᾶς κὴ ϝυκίας] ἔππασιν κὴ ϝισοτέλιαν
[κὴ ἀσφάλιαν κὴ ἀσουλία]ν κὴ πολέμω κὴ ἰράνας ἰώ-
[σας κὴ κατὰ γᾶν κὴ κατὰ θάλα]τταν, κὴ τὰ ἄλλα πάντα
[καθάπερ κὴ τῦς ἄλλυς π]ροξένυς κὴ εὐεργέ-
[της τᾶς πόλιος. τὸν δὲ ταμίαν] ἀγγράψη τὸ ψάφισμα
[τόδε εἴ κα δοκεῖ ἐν καλλί]στυ εἶμεν.

Supplementa Foucarti sunt praeter vs. 15, quem ille intactum reliquit, et vs. 7, ubi dubitanter proposuit supplementum σχολάδδων τὼς | [ἐφείβως καλῶς καὶ σεμ]νῶς, si modo credibile esset σχολάζειν transitive docendi sive instituendi vi usurpatum esse. At hoc quum prorsus incredibile sit, Foucarti supplementum ita mutavi ut eadem sententia exprimatur sine soloecismi crimine. In eodem versu nolui cum Foucarto errorem lapicidae statuere et ἀ(να)στρέφετη reponere. Nam cum satis constet, apocopen praepositionum apud Boeotos etiam in verbis compositis (παρκαλῖ sim.) usitatam fuisse, quidni eos ἀστρέφετη pro ἀνστρέφετη (ut συστῆναι pro συνστῆναι) pronuntiasse et scripsisse existimemus?

2850 Tabula cum aëtomate, Haliarti. Ed. Ulrichs *Annali dell' Inst. arch. Rom.* XX (1848) p. 55 n. XXII (Lebas *Inscr.* II, 661. K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 573 n. XXXIX). Periisse videtur.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΙΚΟΔΗΜΟΥ
ΕΠΙΜΕ...ΤΟΥΔΕΙΝΙΛΙΑΡΤΝΛ.......
ΟΥΑΝΤΟΓΟΡΟΝΟΤ.ΥΝΕ...............
.ΣΤΗΣΑΡΤΕΜΙΔΟΣΚΑΛΛΙΣΤΡΑ
ΤΟΣΕΠΕΙΔΗΑΝΤΑΓΟΡΟΣΑΝΤΑΓΟ
ΡΟΥΟΤΡΥΝΕΥΣΟΚΑΤΑΣΤΑΘΕΙΣΤΑ
ΜΙΑΣΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΤΩΝΚΥΝΗΓΩΝ
.ΟΥΣΤΕΛΟΓΟΥΣΚΑΤΑΒΕΒΛΗΤΑΙΟΡ
..ΣΚΑΙΔΙΚΑΙΩΣΚΑΤΑΣΤΑΘΕΙΣΔΕ
.....ΙΤΗΝΕΠΙΣΚΕΥΗΝΤΟΥΟΙΚΟΥΚ.
ΛΩΣΚΑΙΔΙΚΑΙΩΣΑΝΕΣΤΡΑΦΗΕΤΙ
.ΕΠΛΕΙΟΝΑΕΥΧΡΗΣΤΑΠΕΠΟΙΗΚΕ...
ΣΥΝΟΔΩΙΤΩΝΚΥΝΗΓΩΝΚΑΤΑΤ....
ΠΑΝΤΑΕΠΑΙΝΕΣΑΙΑΝΤΑΓΟΡΟΝ....
Α...Ο.ΔΕΔΟΧΘΑΙΤ
ΟΗΕΙΝΣΤΕΦΝΩΧ
ΩΙ

Ἄρχοντος Ἀθήνησι Νικοδήμου, | ἐπιμε[λητ]οῦ δὲ [ἐ]ν [Ἁ]λιάρτ[ῳ] Ἀ[νταγόρου τ]|οῦ Ἀνταγόρο[υ] Ὀτ[ρ]υνέ[ως, ὁ ἱερε|ὺ]ς τῆς Ἀρτέμιδος Καλλίστρα|τος (εἶπε)· ἐπειδὴ Ἀντάγορος Ἀνταγό|ρου Ὀτρυνεὺς ὁ κατασταθεὶς τα|μίας τῆς συνόδου τῶν κυνηγῶν | [τ]ούς τε λόγους καταβέβληται ὀρ|[θῶ]ς καὶ δικαίως, κατασταθεὶς δὲ | [καὶ ἐπ]ὶ τὴν ἐπισκευὴν τοῦ οἴκου κ[α]|λῶς καὶ δικαίως ἀνεστράφη, ἔτι | [δ]ὲ πλείονα εὔχρηστα πεποίηκε [τῇ] | συνόδῳ τῶν κυνηγῶν· κατὰ τ[αῦτα] | πάντα ἐπαινέσαι Ἀντάγορον [Ἀντ]|α[γόρ]ο[υ], δεδόχθαι τ[ε τῇ συνόδῳ τῶν κυ|ν]η[γῶ]ν, στεφ[α]νῶ[σαι αὐτὸν χρυσῷ στεφάν]|ῳι ......

Haliarto deleta Ol. 153, 3 (a. 168 a. Chr.) agrum Atheniensibus petentibus a Romanis dono datum esse refert Polybius XXX, 18. De ipso oppido Keilius iure meritoque Straboni IX, 2, 30 p. 411 Cas., qui sua aetate etiamtum dirutum iacuisse dicit, fidem non habuit, sed ex hoc ipso titulo collegit, brevi ab Atheniensibus restitutum esse. Nam hic titulus ut manifesto anno 168 a. Chr. recentior est, sic imperatorum Romanorum dominatione utique antiquior. Epimeletas ab Atheniensibus ut Haliartum, sic Delum quoque missos esse constat. In restituendis versibus 2—5 facere non potui, quin a Keilii rationibus discederem, qui mirum in modum confusum titulum honorarium cum synodi decreto (Ἀντάγορον Ὀτ[ρ]υνέ[α ἐτίμησε ὁ ἱερε|ὺ]ς τῆς Ἀρτέμιδος Καλλίστρα|τος· ἐπειδὴ Ἀντάγορος Ἀνταγό|ρου Ὀτρυνεὺς κτλ.) proposuit, cuius generis alterum exemplum frustra quaesiveris in ingenti inscriptionum Graecarum copia. Contra quod ego sumpsi eundem Antagorum et Haliarti epimeletam et quaestorem synodi venatorum fuisse, nihil habet miri aut insoliti, neque magis quod aoristum εἶπε propter similitudinem sequentium litterarum επει praetermissum conicio. Qui error utrum ad quadratarium referendus sit an ad Ulrichsium in medio relinquendum est; neque enim ex litterarum numero quicquam certi colligas, siquidem reliqui quattuordecim versus quorum de ambitu constet fluctuant inter viginti quattuor et duodetriginta litteras; at hic omisso illo verbo viginti quattuor sunt, addito duodetriginta. Etiam extremam tituli partem paullo aliter restituendam iudicavi atque Keilius, qui infinitivum ἐπαινέσαι, quem ego ab εἶπε pendere persuasum habeo, insequenti infinitivo δεδόχθαι subiungit. Sed hic verborum ordo alienus est a sollemni eiusmodi decretorum sermone.


2851 Marmor, in ecclesia monasterii Evangelistriae siti in monte Helicone. Ed. P. Decharme *Archives des missions* Ser. II T. IV (1867) p. 527 n. 29.

Σ///ΤΗΡΙΚΑΙΚΤΙΣΤΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΑΔΡΙΑΝΩΙ
ΟΛΥΜΠΙΩΙ
ΥΠΕΡΤΗΣΤΩΝΑΥΤΟΚΡΑΤ
ΟΡΩΝΝΙΚΗΣΚΑΙΥΓ/////////////

Σ[ω]τῆρι καὶ κτίστῃ | Αὐτοκράτορι Ἁδριανῷ | Ὀλυμπίῳ | ὑπὲρ τῆς τῶν αὐτοκρατ|όρων νίκης καὶ ὑγ[ιείας].

Titulum anni 137 p. Chr. esse existimaverim; neque enim video, quo referri possit pluralis τῶν αὐτοκρατόρων vs. 4. 5 nisi ad Hadrianum eiusque filium adoptivum L. Aelium Caesarem (cf. adn. ad n. 2238), etsi ex severa regula sermonis solemnis ne hi quidem recte αὐτοκράτορες dicuntur. At talia in titulis provinciarum orientalium satis neglegenter tractari notum est.

2852 Lapis inaedificatus in pariete orientali ecclesiae S. Constantini, quae est in vico *Mazi*, ubi fuit Haliartus antiqua. Ed. I. Schmidt *Mitth. des archäol. Inst. zu Athen* V (1880) p. 132 n. 26. Ex apographo Lollingii et ectypo chartaceo a Schmidtio misso Roehl Inscr. Graec. antiq. 149 (W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 142*b*. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 226 n. 661. E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 226 n. 224*a*).



Καλλία Αἰγί(θ)θοιο· τὺ δ' εὖ πρᾶσ[σ' ὦ] παροδῶτα.

2853 Lapis calcarius bene laevigatus, in gradu ecclesiae S. Ioannis, quae est in vico *Mazi* prope rudera Haliarti antiquae. Ed. I. Schmidt *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* V (1880) p. 132 n. 25. Ex hoc exemplo et ectypo chartaceo, quod Schmidtius miserat, ed. Roehl Inscr. Graec. antiq. 254. Cf. eius Addenda p. 182 (W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 142*a*. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 226 n. 660). E. S. Roberts *Introd. to Greek Epigraphy* I p. 226 n. 224*b*.

Κ Α V Ο Ν Ν Ο

Καλοννώ.

2854 In ruderibus Onchesti. Ex Koehleri schedis ed. Boeckh C. I. G. 1675*b* (Lebas *Inscr.* II, 662. Cf. K. Keil Syll. Inscr. Boeot. p. 193).

Α Ш C Ι Κ Ρ Α Τ Η Τ Α
Ι Α Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀμ[φ]ικράτ[ει]α | [χρηστ]ὰ (?) χαῖρε.

Coniciat quispiam, exemplum neglegenter confectum tituli n. 2855 hoc esse; sed id mihi improbabile videtur.

2855 In ecclesia S. Nicolai quae est in vico *Megalo Mulki.* Edd. Rangabé *Ant. Hell.* 2106. Pittakis Eph. 2343 (ex hoc ni fallor repetivit Lebas *Inscr.* II, 782, qui Lebadeae tribuit errore inde orto, quod Pittakis hunc titulum et n. 2857 mediis interposuit Lebadensibus. K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 589. R. Meister ap. Bezzenberger *Beiträge* VI p. 49 n. 2. W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 142*d*. R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 226 n. 664).

Α Μ Φ Ι Κ Λ Ε Ι Α Χ Α Ι Ρ Ε

Var. lect. Rangabis exemplum exprimo. ΚΛΙΑ Pittakis, apud quem ubique Α, non Λ est. Lebas cum eo consentit, nisi quod primo loco Λ habet et titulum in duos versus distribuit.

Ἀμφίκλεια χαῖρε.

2856 Marmor inaedificatum in occidentali parte ecclesiae S. Constantini, quae est in vico *Mazi* prope Haliartum antiquam. Ed. I. Schmidt *Mitth. des archäol. Inst. zu Athen* V (1880) p. 133 n. 27.

Π Α Ρ Α Μ Ο Ν Ε Χ Ρ Η
Σ Τ Ε Χ Α Ι Ρ Ε Ѕ

Παράμονε χρη|στὲ χαῖρε.

2857 Lapis inaedificatus in ecclesia S. Nicolai, quae est in vico *Megalo Mulki.* Ed. Pittakis Eph. 2344 (Lebas *Inscr.* II, 776. K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 596).

Α Φ Ρ Α Η Ρ Ω Ε Ι

[Ἐπὶ Ἐπ]αφρᾷ ἥρω⟨ε⟩ι. Iniuria titulum integrum esse sumpsit Pittakis.


XII.

CORONEA.

2858 Tabula cum aëtomate inventa ad fontem Tilphusam, qui nunc *Petra* dicitur, prope vicum *Agoriani* in vicinia Coroneae veteris, et translata Lebadeam, ubi exstat in domo D. Silvestridis. Ex ectypo chartaceo a G. Lambaki misso ed. N. Novosadsky *Mitth. des archäol. Inst. zu Athen* X (1885) p. 216. Exscripsit Lolling. Cf. quae adnotavimus ego Hermae XXI p. 634 et R. Meister *Berliner philologische Wochenschrift* 1886 n. 51 p. 1587, cui respondi in prooemio indici lection. univ. Halensis aestiv. 1888 praemisso p. IX not. 2.

[*Textum vide pag. seq.*]

Θιός. Ἐράτωνος ἄρχοντος Βοιωτοῖς, Ἀμφότ[τει] | Ἡσχίναο ἔλεξε· ἐπιδεὶ Τίμων Δηδάλω Περρη|βὸς ἐς Φαλάννας χρείτιμός ἐστι τοῖς ἀἲ δει|μένοις, δεδόχθη τοῖ δάμοι, πρόξενον | εἶμεν κὴ εὐεργέταν τῶ κοινῶ Βοιωτῶ[ν] | αὐτον κὴ ἐγγόνως, κὴ εἶμεν αὐτ[οῖ οἰκ]|ίας ἔππασιν κὴ ϝισοτέλι[αν κὴ ἀσφάλιαν | κ]ὴ ἀσυ[λί]αν κὴ πολέ[μω κὴ ἰράνας ἰώσας ....].



De participio δειμένοις vs. 3. 4 eo minus dubito, quia supplemento δει[ο]μένοις a Meistero proposito spatium vix sufficit. Illud ex δε(ϝ)έμενος contractum est ut ἀδικείμενος (Ar. Ach. 914) ex ἀδικεέμενος. Cum Aeolensium more verba contracta ad normam vocis τίθημι similiumque declinandi (φίλημι, δοκίμωμι), cuius ne levissimum quidem vestigium comparet in titulis Boeoticis, hae participiorum formae, quae ε pro volgari ο habent, non sunt confundendae (cf. G. Meyer *Griech. Grammatik* § 602 not. 2).

2859. 2860 In ecclesiola S. Ioannis in vico *Mamura*, ubi fuisse existimatur fanum Minervae Itoniae. Ex ectypo chartaceo ed. P. Foucart *Bulletin de corresp. Hellénique* IX (1885) p. 428 n. 41.

(2859) ΚΗϜΥΚΙΑΣΕΠΠΑΣΙΝΚΗΑΣΦΑΛΙΑΝΚΗ . . . Α
ΑΝΤΑΚΑΘΑΠΕΡΚΗΤΥΣΑΛΛΥΣΠΡΟΞΕΝΥΣΚ
(2860) ΣΙΝΩΟΡΧΟΜΕΝΙΟΣ ΗΣΧΡΙΩΝ
ΒΗΟΣΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΘΗΤΥΔΑΜΥΠΡ
ΙΠΕΡΟΝΤΑΦΙΛΩΝΟΣΑΔΡΑΜΟΥ
ΚΗϜΥΚΙΑΣΕΠΠΑΣΙΝΚΗΑ
ΠΑΝΤΑΚΑΘΑΠΕΡΚΗΤ
ΟΡΧΟΜΕΝΙΟΣ

2859 [. . . . . κὴ εἶμεν αὐτῦς γᾶς] κὴ ϝυκίας ἔππασιν κὴ ἀσφάλιαν κὴ [κατ]ὰ [γᾶν κὴ κατὰ θά|λατταν, κὴ τὰ ἄλλα π]άντα καθάπερ κὴ τῦς ἄλλυς προξένυς κ[ὴ εὐεργέτης. | ἐπεψάφιδδε . . . . Μνα]σίνω Ὀρχομένιος.

2860 Ἡσχριών[δαο ἄρχοντος, | . . . . Θει]βῆος ἔλεξε· δεδόχθη τῦ δάμυ, πρ[όξενον εἶμεν Βοιωτῶν | κὴ εὐεργέταν . . .]ιπέροντα Φίλωνος Ἀδραμου[ττανὸν αὐτὸν κὴ ἐσγόνως, | κὴ εἶμεν αὐτῦς γᾶς] κὴ ϝυκίας ἔππασιν κὴ ἀ[σφάλιαν κὴ κατὰ γᾶν κὴ κατὰ | θάλατταν, κὴ τὰ ἄλλα] πάντα καθάπερ κὴ τ[ῦς ἄλλυς προξένυς | κὴ εὐεργέτης. ἐπεψάφιδδε . . . . Μνασίνω] Ὀρχομένιος.

Haec omnia fragmenta (n. 2859—2869) supersunt ex tabulis proxeniarum a communi Boeotorum decretarum. Eas in fano Minervae Itoniae collocatas fuisse probabile est sive id re vera fuit eo loco quo recentiorum plerique opinantur — nam reliquiae templi nullae exstant in vico *Mamura* aut in eius proxima vicinitate — sive recentiore demum tempore eo delati sunt lapides. Hos titulos (n. 2859. 2860) paullo aliter restituendos existimavi, ac Foucartus fecerat. Nam is extremam partem prioris tituli sic supplevit: [ἔγγυοι . . . .]σίνω Ὀρχομένιος, Ἡσχρίων . . . . et idem argumentum extremi n. 2860 versus fuisse sumpsit. At fideiussores (ἔγγυοι τᾶς προξενίας), qui sane in aliis nonnullis Graeciae civitatibus eiusmodi decretis subscribi solent, in Boeotia nulli dum comparuerunt. Contra ut eius qui populum in suffragium misit nomen non praemitteretur, sed subiungeretur, nonnunquam factum est (cf. n. 258. 307. 376. 377. 378. 392. 398. 508). Accedit quod inter duorum hominum eodem officio fungentium nomina credibile non est tantum spatium vacuum relicturum fuisse lapicidam. At sic in medio versu initium novi tituli indicari etiam alibi videmus (n. 208. 209. 211. 221). Quare alterum plebiscitum ab hoc versu, non ut Foucartus ab eius qui sequitur initio, incipere et Ἡσχριώνδας archontis nomen esse statuo. Cf. n. 2824*b*: ἄρχοντος Ἡσχριώνδαο Θιομνάστω Θειβήω.

2861 In vico *Mamura*, ubi fuisse existimatur fanum Minervae Itoniae. Ex ectypo chartaceo ed. P. Foucart *Bulletin de corresp. Hellénique* IX (1885) p. 429 n. 43.

ΕΙΛΟΥΘΙΩΕΠΙΨΑΦΙΔΔ
ΣΣΙΝΑΟΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΘ
ΤΩΝΙΔΑΝΝΙΚΗΤΩΧ
ΚΟΙΝΩΒΟΙΩΤΩΝΚΗ
ΑΣΕΠΠΑΣΙΝΚΗFΙΣ
ΙΙΡΑΝΑΣΙΩΣΑ
Θ.Π..ΚΗΤΟΙΣΑ

[......... ἄρχοντος, Θ]ειλουθίω· ἐπ[ε]ψάφιδδ[ε ......, | ....]σσίναο ἔλεξε· δεδόχθ[η τῦ δάμυ, | πρόξενον εἶμεν Στρα]τωνίδαν Νικήτω Χ[αλκιδεῖα | αὐτὸν κὴ ἐγγόνως τῶ] κοινῶ Βοιωτῶν, κὴ [εἶμεν αὐτῦς | γᾶς κὴ Ϝοικί]ας ἔππασιν κὴ Ϝισ[οτέλιαν κὴ | ἀσφάλιαν κὴ] ἰράνας ἰώσα[ς κὴ πολέμω, κὴ | τὰ ἄλλα κα]θ[ά]π[ερ] κὴ τοῖς ἄ[λλοις προξένοις κὴ εὐεργέτης].

2862. 2863 In vico *Mamura*, ubi fuisse existimatur fanum Minervae Itoniae. Ex ectypo chartaceo ed. P. Foucart *Bulletin de corr. Hellénique* IX (1885) p. 429 n. 42.

(2862) ΟΞΕΝΟΝΕΙΜΕΝ
ΛΕΙΟΝΚΗΑΥΤΟΝΚΗΕΚ
ΑΝΚΗΠΟΛΕΜ.. ΚΗ
ΑΠΕΡΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣ

(2863) ΔΕΔΟΧΘΗΤΥΔΑΜΥΠΡΟ
ΝΚΗΕΓΓΟΝΩΣΚΗΕΙΜΕΝ
ΑΝΑΣΙΩΣΑ ///////////////////////
///////////////////////////

2862 [........... πρ]όξενον εἶμεν [κὴ εὐεργέταν | τῶ κοινῶ Βοιωτῶν ....]λειον κὴ αὐτὸν κὴ ἐκ[γόνως, κὴ εἶμεν | αὐτοῖς γᾶς κὴ Ϝοικίας ἔππασιν κὴ ἀσουλί]αν κὴ πολέμ[ω ἰόντος] κὴ [ἰράνας, κὴ κατὰ γᾶν | κὴ κατὰ θάλατταν, κὴ τὰ ἄλλα καθ]άπερ τοῖς ἄλλοις [προξένοις κὴ εὐεργέτης].

2863 [........... ἔλεξε·] δεδόχθη τῦ δάμυ, πρό[ξενον εἶμεν κὴ | εὐεργέταν τῶ κοινῶ Βοιωτῶν .... αὐτὸ]ν κὴ ἐγγόνως, κὴ εἶμεν [αὐτοῖς γᾶς κὴ | Ϝοικίας ἔππασιν κὴ ἀσφάλιαν κὴ πολέμω κὴ ἰρ]άνας ἰώσα[ς, κὴ τὰ ἄλλα πάντα καθάπερ κὴ τοῖς ἄλλοις προξένοις κὴ εὐεργέτης].

2864 In vico *Mamura*, ubi fuisse putatur fanum Minervae Itoniae. Ex ectypo chartaceo ed. P. Foucart *Bulletin de corresp. Hellénique* IX (1885) p. 430 n. 45.

ΗΟΣΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΘΗΤΟΙ
ΒΥΩΤΩΝΑΠΟΛΛΟΦΑ
ΣΚΗΕΙΜΕΝΑΥΤΥΣΓΑΣ

[............... Θειβ]ῆος (?) ἔλεξε· δεδόχθη τοῖ [δάμοι, πρόξενον εἶμεν κὴ | εὐεργέταν τῶ κοινῶ] Βυωτῶν Ἀπολλοφά[νειν .... | κὴ αὐτὸν κὴ ἐκγόνω]ς, κὴ εἶμεν αὐτῦς γᾶς [κὴ Ϝυκίας ἔππασιν κτλ.].

2865. 2866 In vico *Mamura*, ubi fuisse putatur fanum Minervae Itoniae. Ex ectypo chartaceo ed. P. Foucart *Bulletin de corr. Hellénique* IX (1885) p. 430 n. 44.

(2865) ΝΠΕΡΤΟΙΙΣΑ
(2866) ΙΟΣΑΜΦΙΣΣΕΙΑΠ
ΓΑΣΚΗFΟΙΚΙΑΣΕΜΠΑ
ΣΚΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑ

Ex priore decreto (n. 2865) nihil aetatem tulit nisi reliquiae exiguae formulae καὶ τἆλλα καθ]άπερ τοῖς ἄ[λλοις προξένοις κὴ εὐεργέτης].

2866 [........... ἔλεξε· δεδόχθη τοῖ δάμοι, ...]ιος Ἀμφισσεῖα π[ρόξενον εἶμεν κὴ | εὐεργέταν τῶ κοινῶ Βοιωτῶν αὐτὸν κὴ ἐκγόνως, κὴ εἶμεν αὐτοῖς] γᾶς κὴ Ϝοικίας ἔμπα[σιν κὴ Ϝισοτέλιαν | κὴ ἀσουλίαν κὴ ἀσφάλιαν κὴ πολέμω κὴ ἰράνας ἰώσα]ς κὴ κατὰ γᾶν κὴ κατὰ [θάλατταν κτλ.].

2867—2869 Lapis subcaeruleus inaedificatus in muro iuxta angulum laterum septentrionalis et occidentalis ecclesiolae S. Nicolai in vico *Mamura* prope Coroneam. Exscripsit Lolling.

(2867) ΝΤ///ΙΑΝΚ////

(2868) ΤΩΝ///////////
ΙΜΕΝΑΥΤΟ////
ΚΗΚΑΤΑ

(2869) ΟΣ/// /// ΛΕΒΑ
ΙΟΝΔΑΜΟ
ΑΝΗΩΣΙ
ΙΤΩΣΚΗΕ
ΚΗΙΡΑΝΑΣ
ΛΛΥΣΠ

Primi decreti (n. 2867) nihil exstat praeter partem formulae [κὴ κ]ατ[ὰ γ]ᾶν κ[ὴ κατὰ θάλατταν].

2868 [......... δεδόχθη τοῖ δάμοι, πρόξενον εἶμεν τῶ κοινῶ Βοιω]τῶν [............... αὐτὸν κὴ ἐκγόνως, κὴ ε]ἶμεν αὐτο[ῖς γᾶς κὴ Ϝοικίας ἔππασιν κὴ ἀσφάλιαν κὴ ἀσουλίαν κὴ πολέμω κὴ ἰράνας] κὴ κατὰ [γᾶν κὴ κατὰ θάλατταν κτλ.].

2869 ....ος .... Λεβα[δειῆος ἔλεξε· δεδόχθη τοῖ δάμοι, ...]ιον Δαμο[........, ..., ... Ἀθ]ανήως [προξένως εἶμεν τῶ κοινῶ Βοιωτῶν κὴ αὐ]τὼς κὴ ἐ[κγόνως, κὴ εἶμεν αὐτοῖς γᾶς κὴ Ϝοικίας ἔππασιν κὴ ἀσφάλιαν κὴ πολέμω] κὴ ἰράνας, [κὴ κατὰ γᾶν κὴ κατὰ θάλατταν, κὴ τὰ ἄλλα πάντα καθάπερ κὴ τῦς ἄ]λλυς π[ροξένυς κὴ εὐεργέτης].

2870 Marmor subcaeruleum a. 0,78, fractum in duas partes (*a* l. 0,45, *b* l. 1,12), quarum utraque inaedificata est in ecclesia S. Demetrii in vico cognomini, sito sesquihorae intervallo ab Orchomeno (*Skripu*), *a* in meridionali, *b* in septentrionali ecclesiae pariete. Etsi ille vicus multo propior est Orchomeno quam Coroneae, tamen hunc quidem lapidem Coronea advectum esse ex tituli argumento apparet. Quare reliquos quoque lapides qui in illa ecclesia sunt (n. 2875. 2883. 2884. 2891. 2893. 2896. 2922. 2941. 2955. 2969. 2992. 3015. 3027. 3029) inter Coronenses recipere malui. Ed. B. Latischew *Bulletin de corresp. Hellénique* V (1881) p. 452. Contulit Lolling.

a	*b*
ΚΑΙΟΝΟΠΟΤΕΥΜΕΙCΟΥΚ	ΠΕΙΘΕCΘΕΤΟΙCΚΡΙΘΕΙCΙΝΑΛΛΑΕΙCΗΕΙΤΕΕΙCΤΗΝΕΚΕΙΝΩΝΧΩΡΑΙ////
ΚΑΚΕΙΝΟΥCΙCΤΟΜΗΠΕΡ	ΟΡΑΝΥΜΑCΝΕΜΟΝΤΑCΤΡΕΠΕCΘΑΙΠΟCΟΝΔΕΕCΤΙΝΤΟΟΦΕΙΛΟΜC////
ΝΟΝΤΕΛΟCΗΤΙΝΑΕΙCΙΝΑΚ	ΑΤΕCΧΗΚΑCΙΝΥΜΩΝΚΟΡΩΝΕΙCΕΝΕΧΥΡΑΑΡΙCΤΩΝΥΜΟC
ΟΑΥΤΟCΚΡΙΝΕΙ ❦ ΕΥΤΥΧ	ΕΙΤΕ❦ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΚΑΙCΑΡΘΕΟΥΑΔΡΙΑΝΟΥΥΙΟCΘΕΟΥΤΡΑΙΑΝΟΥΠΑΡΘΙ
ΚΟΥΥΙΩΝΟCΘΕΟΥΝΕΡΟΥΑΕΚ	ΓΟΝΟCΤΙΤΟCΑΙΛΙΟCΑΔΡΙΑΝΟCΑΝΤΩΝΕΙΝΟCCΕΒΑCΤΟCΑΡΧΙΕΡΕΥCΜΕΓΙCΤΟC
ΔΗΜΑΡΧΙΚΗCΕΞΟΥCΙΑCΤΟΓΥ	ΠΑΤΟCΓΠΑΤΗΡΠΑΤΡΙΔΟCΚΟΡΩΝΕΩΝΤΟΙCΑΡΧΟΥCΙΚΑΙΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤΩΔΗ
ΜΩ ΧΑΙΡΕΙΝ ΚΑΙΤΟΥΘ	ΕΟΥΠΑΤΡΟCΜΟΥΔΙΚΑΙΩCΜΕΜΝΗΜΕΝΟΙΚΑΙΤΗCΕΜΗCΑΡΧΗCΚΑΤΑΤΟΠΡΟCΗΚΟΝ
ΕΠΗCΘΗΜΕΝΟΙΚΑΙΥΠΕΡΤΟΥ	ΥΙΟΥΜΟΥΠΡΟΘΥΜΩCCΥΝΗΔΟΜΕΝΟΙΠΡΕΠΟΝΤΑΕΛΛΗCΙΝΑΝΘΡΩΠΟΙCΠΟΙΕΙ
ΤΕ ΕΠΡΕCΒΕΥΕΝΔΗΜΗΤΡΙΟC	ΔΙΟΝΥCΙΟΥΩΤΟΕΦΟΔΙΟΝΔΟΘΗΤΩΕΙΜΗΠΡΟΙΚΑΥΠΕCΧΕΤΟ❦ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ❦
ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΚΑΙCΑΡΘΕΟΥΑΔ	ΑΝΟΥΥΙΟCΘΕΟΥΤΡΑΙΑΝΟΥΠΑΡΘΙΚΟΥΥΙΩΝΟCΘΕΟΥΝΕΡΟΥΑΕΚΓΟΝΟCΤΙ
ΤΟCΑΙΛΙΟCΑΔΡΙΑΝΟCΑΝΤΩΝC	ΝΟCCΕΒΑCΤΟCΑΡΧΙΕΡΕΥCΜΕΓΙCΤΟCΔΗΜΑΡΧΙΚΗCΕΞΟΥCΙΑCΤΟΙΗΑΥΤΟ
ΚΡΑΤΩΡΤΟΒΥΠΑΤΟC ΤΟΔ Τ	ΑΤΗΡΠΑΤΡΙΔΟCΚΟΡΩΝΕΩΝΤΟΙCΑΡΧΟΥCΙΚΑΙΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤΩΔΗΜΩΧΑΙ
ΡΕΙΝ❦ ΤΗCΑΠΟΦΑCΕΩCΗΝΕ	ΟΙΗCΑΜΗΝΜΕΤΑΞΥΥΜΩΝΚΑΙΘΙCΒΕΩΝΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝΥΜΕΙΝΕΠΕΝΨΑΕ
ΠΕCΤΕΙΛΑΔΕΚΑΙΜΕCΤΡΙΩΑΡΙC	ΩΝΥΜΩΑΠΟΜΕΤΡΗCΑΙΤΑΠΛΕΘΡΑΘΙCΒΕΥCΙΝΑΠΡΟCΕΤΑΞΕΝΑΥΤΟΙCΟ
ΘΕΟCΠΑΤΗΡΜΟΥΠΑΡΑΔΟΘΙ////	ΤΗCΔΕΕΞΩΘΕΝΧΩΡΑCΕΙΤΙΝΑΘΙCΒΕΙCΕΠΙΝΕΜΟΙΕΝΠΕΙΘΟΝΤΕCΥΜΑC
ΔΩCΟΥCΙΜΕΝΝΟΜΙΟΝΤΕΛC	ΙΔΕΚΑΙΑΠΟΔΩCΙΝΟCΟΝΑΝΥΠΕΡΤΟΥΧΡΟΝΟΥΤΟΥΠΑΡΕΛΘΟΝΤΟCΟΦ//////
ΛΕΙΝΑΥΤΟΥCΚΡΙΘΗΔΗΛΟΝΟ–	ΜΕΙCΤΑΕΝΕΧΥΡΑΑΥΤΟΙCΑΠΟΔΩCΕΤΕ❦ ΕΠΡΕCΒΕΥΟΝΑΙΛΙΟCΓΛΥΚΩ///
ΚΑΙΔΙΟΝΥCΙΟCΔΙΟΝΥCΟΔΩΡΟΥC	ΕΦΟΔΙΟΝΔΟΘΗΤΩΕΙΜΗΠΡΟΙΚΑΥΠΕCΧΗΝΤΑΙ❦ ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ❦

I [. . . . . δί]|καιον, ὁπότε ὑμεῖς οὐκ [ἐ]πείθεσθε τοῖς κριθεῖσιν, ἀλλὰ εἰσῄειτε εἰς τὴν ἐκείνων χώρα[ν], | κἀκείνους (ε)ἰς τὸ μὴ περ[ι]ορᾶν ὑμᾶς νέμοντας τρέπεσθαι. πόσον δέ ἐστιν τὸ ὀφειλόμ[ε]|νον τέλος ἢ τίνα εἰσὶν ἃ κατεσχήκασιν ὑμῶν Κορωνεῖς ἐνέχυρα, Ἀριστώνυμος | ὁ αὐτὸς κρινεῖ. εὐτυχεῖτε.

II Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, θεοῦ Ἁδριανοῦ υἱός, θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθι|κοῦ υἱωνός, θεοῦ Νέρουα ἔκγονος, Τίτος Αἴλιος Ἁδριανὸς Ἀντωνεῖνος Σεβαστός, ἀρχιερεὺς μέγιστος, | δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ γ′, ὕπατος γ′, πατὴρ πατρίδος, Κορωνέων τοῖς ἄρχουσι καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δή|μῳ χαίρειν· Καὶ τοῦ θεοῦ πατρός μου δικαίως μεμνημένοι καὶ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς κατὰ τὸ προσῆκον | ἐπησθημένοι καὶ ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ μου προθύμως συνηδόμενοι πρέποντα Ἕλλησιν ἀνθρώποις ποιεῖ|τε. ἐπρέσβευεν Δημήτριος Διονυσίου, ᾧ τὸ ἐφόδιον δοθήτω, εἰ μὴ προῖκα ὑπέσχετο· εὐτυχεῖτε.

III Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, θεοῦ Ἁδ[ρι]ανοῦ υἱός, θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱωνός, θεοῦ Νέρουα ἔκγονος, Τί|τος Αἴλιος Ἁδριανὸς Ἀντων[εῖ]νος Σεβαστός, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ιη′, αὐτο|κράτωρ τὸ β′, ὕπατος τὸ δ′, πατὴρ πατρίδος, Κορωνέων τοῖς ἄρχουσι καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαί|ρειν· Τῆς ἀποφάσεως ἣν ἐ[π]οιησάμην μεταξὺ ὑμῶν καὶ Θισβέων ἀπόγραφον ὑμεῖν ἔπεμψα, ἐ|πέστειλα δὲ καὶ Μεστρίῳ Ἀρισ[τ]ωνύμῳ ἀπομετρῆσαι τὰ πλέθρα Θισβεῦσιν, ἃ προσέταξεν αὐτοῖς ὁ | θεὸς πατήρ μου παραδοθῆ[ναι], τῆς δὲ ἔξωθεν χώρας εἴ τινα Θισβεῖς ἐπινέμοιεν πείθοντες ὑμᾶς, | δώσουσι μὲν νόμιον τέλ[ος, ἂν] δὲ καὶ ἀποδῶσιν, ὅσον ἂν ὑπὲρ τοῦ χρόνου τοῦ παρελθόντος ὀφ[εί]|λειν αὐτοὺς κριθῇ, δηλονό[τι] ὑμεῖς τὰ ἐνέχυρα αὐτοῖς ἀποδώσετε. ἐπρέσβευον Αἴλιος Γλύκω[ν] | καὶ Διονύσιος Διονυσοδώρου, [οἷς τὸ] ἐφόδιον δοθήτω, εἰ μὴ προῖκα ὑπέσχηνται. εὐτυχεῖτε.

Tres sunt Antonini Pii epistulae, prima (I), cuius postremi modo versus exstant, ad Thisbenses, reliquae duae (II. III), quae integrae aetatem tulerunt, ad Coronenses datae. Atque ex his quidem priorem a. 140 p. Chr., alteram a. 155 p. Chr. scriptam esse ex tribuniciae potestatis numeris colligitur. At litteras ad Thisbenses non modo ad eandem litem inter hos duos populos spectare, ac posteriorem ex epistulis ad Coronenses datis, sed etiam eodem tempore scriptas esse recte statuit Latischewius ideoque merito miratus est in hoc lapide illam superiorem epistulam ad Coronenses quamvis et argumento et aetate longe diversam tamen mediam interpositam esse his duabus. Quod fieri omnino non poterat nisi omnes hae litterae, id quod etiam litterarum similitudo indicat, uno eodemque tempore simul lapidi incisae essent. Sed sic quoque cur Coronenses illo perverso ordine uti maluerint quam epistulas aut secundum temporis seriem aut secundum argumenti similitudinem disponere, obscurum est.

Epistulam ad Coronenses priorem (II) recte Latischewius rettulisse videtur ad initium imperii Antonini Pii et adoptionem M. Aurelii; quibus de rebus cum civitas imperatori per legatos gratulata esset, his litteris ille ei gratias egit. Mirum sane est, tantum temporis spatium intercessisse. Etiam reliquarum duarum epistularum argumentum perspicuum est. Litem de agris quibusdam inter Coronenses et Thisbenses ortam Hadrianus imperator arbitrio suo dirimere conatus erat in eaque re partem terrae, de qua litigabatur, Thisbensibus adiudicaverat (vs. 14. 15). Sed illi non contenti hac parte potiri, etiam in aliis agris, qui Coronensium erant, pecora sua pascebant. Quod indignati Coronenses pignora capiebant; inde nova lis orta est, quam imperator his litteris ita componit, ut Mestrium Aristonymum illam terram ab Hadriano Thisbensibus concessam terminare iubeat, ne ulla amplius de utriusque civitatis finibus controversia nasci possit. Quod si in reliquum tempus Thisbenses Coronensibus persuasissent, ut hi se in parte quadam agri ipsorum pascere sinerent, eis vectigal pendendum esse. De praeteriti temporis usu non legitimo si Thisbenses Coronensibus pecuniae pensione satisfecissent, hos illis pignora reddere debere. At quanta summa pendenda quaeque res in pignorum a Coronensibus captorum numero habendae essent, eiusdem Aristonymi arbitrio constituendum esse.

2871 Tabula marmoris albi cum aëtomate inaedificata in pariete exteriore ecclesiolae S. Nicolai, quae est in vico *Mamura* prope Coroneam veterem. Ex ectypo chartaceo ed. P. Foucart *Bulletin de corr. Hellénique* IX (1885) p. 430 n. 56. Plenius et accuratius exscripsit Lolling.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΑΚΡΑΙΦΙΟΙΣΙΠΠΟΝΙΚΟΥ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣΤΩΝΝΑΟΠΟΙΩΝ
ΜΝΑΣΑΡΧΟΥΤΟΥΧΑΡΙΤΩΝΟΣΤΟΥΔΕΑΥΤΟΥ
ΑΙΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥΤΗΣΠΑΝΗΓΥΡΕΩΣΟΙΔΕΕΝΕΙΚ///
ΣΑΛΠΙΣΤΗΣ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣΑΣΩΠΩΝΟΣΟΡΧΟΜΕΝΙΟΣ
ΚΗΡΥΞ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΘΗΒΑΙΟΣ
ΙΠΠΩΠΩΛΩΤΟ////////////ΤΟΥΑΡΕΩΣ
ΚΑΦΙΣΙΑΣΤΙΜΩΝΟΣΟΡΧΟΜΕΝΙΟΣ
ΙΠΠΩΤΕΛΕΩΤΟΝ////////ΤΟΥΑΡΕΩΣ
ΔΑΜΩΝΑΡΙΣΤΩΝΟΣΘΕΣΠΙΕΥΣ
ΙΠΠΩΠΩΛΩΔΙΑΥΛΟΝ
ΑΥΛΟΣΚΑΣΤΡΙΚΙΟΣΑΥΛΟΥΥΙΟΣ
ΤΕΛΕΩΔΙΑΥΛΟΝ
ΑΓΑΘΟΚΛΗΣΚΛΕΑΙΝΕΤΟΥΘΕΣΠΙΕΥΣ
ΤΗΝΙΕΡΑΝΛΑΜΠΑΔΑΘΕΣΠΙΕΩΝΤΟΤΕΛΟΣ
///ΤΑΔΙΟΝΕΚΠΑΝΤΩΝΕΥΚΡΑΤΗΣΔΑΜΩΝΟΣΘΕΣΠ///////
ΠΑΙΔΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
///Α/////////ΠΠΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥΟΡΧΟΜΕΝΙΟΣ
ΠΑΜΠΑΙΔΑΣΗΡΑΚΩΝΘΕΣΠΙΕΥΣ
ΠΑΙΔΑΣΣΤΑΔΙΟΝ
//////ΑΣΑΡΧΟΣΔΑΜΩΝΟΣΘΗΒΑΙΟΣ

Ἄρχοντος ἐν Ἀκραιφίοις Ἱππονίκου, | γραμματεύοντος
τῶν ναοποιῶν | Μνασάρχου τοῦ Χαρίτωνος, τοῦ δὲ αὐτοῦ |
[κ]αὶ ἐπιμελητοῦ τῆς πανηγύρεως, οἵδε ἐνείκ[ων]·
σαλπιστής
Ἀθηνόδωρος Ἀσώπωνος Ὀρχομένιος
κῆρυξ
Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου Θηβαῖος
ἵππῳ πώλῳ τὸ[ν ἀπὸ] τοῦ Ἄρεως
Καφισίας Τίμωνος Ὀρχομένιος
ἵππῳ τελέῳ τὸν [ἀπὸ] τοῦ Ἄρεως
Δάμων Ἀρίστωνος Θεσπιεύς
ἵππῳ πώλῳ δίαυλον
Αὖλος Καστρίκιος Αὔλου υἱός
τελέῳ δίαυλον
Ἀγαθοκλῆς Κλεαινέτου Θεσπιεύς
τὴν ἱερὰν λαμπάδα· Θεσπιέων τὸ τέλος
[σ]τάδιον ἐκ πάντων· Εὐκράτης Δάμωνος Θεσπ[ιεύς]
παῖδας δόλιχον
[Κ]ά[λλι]ππος Διονυσίου Ὀρχομένιος
πάμπαιδας· Ἡράκων Θεσπιεύς
παῖδας στάδιον
[Μν]άσαρχος Δάμωνος Θηβαῖος.

Recensum eorum, qui ex Pamboeotiorum certaminibus victorias reportaverant, in templo Minervae Itoniae collocatum fuisse manifestum est, sive id delubrum ibi fuit ubi lapis inventus est, sive posteriore aetate cum aliis (cf. adn. ad n. 2859) ad ecclesiolam aedificandam eo translatus est. Aetas eo aliquatenus definitur, quod vs. 14 homo Romanus solo nomine indicatur non addito ethnico; secundo a. Chr. saeculo, nonnunquam etiam primi initio, Ῥωμαῖος addi solet (cf. n. 416). Sed tamen imperatorum aetate antiquiorem iudico titulum cum quia nemo Graecus hic nomine gentili Romano utitur, tum quia in dedicatione eiusdem fere temporis n. 2873 Ἡρᾶς Καστρίκιος legitur, antiquiore more, ex quo nomen Graecum non cognominis, sed praenominis vice fungitur.

Iam hac temporis definitione ni fallor lux quaedam affertur rei ceteroquin obscurissimae. Etenim Foucartus se ignorare fatetur, qua de causa archontis Acraephiensium nomen praescriptum sit; neque id ullam habet probabilem explicationem. Nam si quis dicat foedere Boeotico a Romanis dissoluto (a. 146 a. Chr.) cum tamen Pamboeotiorum ludi manerent, eos necessario ab una ex civitatibus Boeoticis administrandos fuisse, tamen neutiquam credibile est, ad Acraephienses eam curam transiisse, quorum ager ne attingebat quidem Coronensem, in quo locus sacer situs erat, quorumque civitatem etiam Romanorum imperio exiguam fuisse tituli Epaminondae n. 2711. 2712 docent. At non necessario verba ἄρχων ἐν Ἀκραιφίοις civitatis Acraephiensium magistratum significant. Nonne identidem legitur in titulis ἄρχοντος ἐν Ὀγχηστῷ (n. 27. 28. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 220. 222. 1747. 1748), cum tamen Onchestiorum civitas nulla unquam fuerit? Iam constat hunc titulum incisum esse post foedus Boeoticum a Romanis dissolutum; atqui paullo post Romanos per singulas regiones rursus civitatibus permisisse ut concilia quaedam communia constituerent, Pausanias VII, 16, 10 testatur. Multis annis post demum, sub finem liberae Romanorum reipublicae (cf. Mommsen *Röm. Geschichte* V p. 237 not. 1), Boeotorum concilium cum Phocensibus Locrensibus Euboeensibus Doriensibus in unam societatem conflatum est (v. ad n. 2878). Qualis fuerit foederis Boeotici restituti quidem, sed nondum cum illis gentibus coniuncti ordo, adhuc ignoratur. Sed quum hic titulus utique illius temporis sit, quidni ex eo colligamus, tum Acraephiae, ut in illa antiquiore societate Onchesti, concilia atque conventus haberi solitos esse ibique communes magistratus sedem habuisse, ut ἄρχων ἐν Ἀκραιφίοις non Acraephiensium, sed Boeotorum magistratus eponymus intellegatur.

Versus 9. 11 supplevi, neque spatii angustiae ullam relinquunt dubitationem. Nulla igitur hic significatur horum ludorum cum Martis sacris communio, ut Foucartus coniecit ideoque apud Strabonem IX, 2, 29 p. 411 Cas. emendare ausus est συγκαθίδρυται δὲ τῇ Ἀθηνᾷ ὁ Ἄρης [Ἅιδης libri] κατά τινα, ὥς φασι, μυστικὴν αἰτίαν, improbabiliter, si quid video, quia mystica illa ratio, quaecunque fuit, certe in Ditem patrem melius quadrat quam in Martem. Sed utut hoc est, hic nihil enuntiatur, nisi cursum equestrem initium capere a simulacro quodam Martis iuxta curriculum sito. Cf. n. 2727 vs. 31: τὸν ὁπλίτην ἀ[π]ὸ τοῦ τροπαίου.

2872 Tria fragmenta lapidis eiusdem inaedificata diversis locis in parietibus casae rusticae in vico *Hagios Georgios* sito prope Coroneam antiquam. Edd. Pittakis Eph. 2405. Accuratius Ross Inscr. inedd. fasc. I p. 38 n. 86 (E. Curtius Anecdota Delphica p. 21. K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 88 n. XXI. Lebas *Inscr.* II, 666). Periisse videtur.

ΚΛΕΩΝΟΣΑΡΧΟΝ
ΤΟΥΟΦΕΛΑΝΔΡΟΥ|ΑΝΙ
ΔΙΟΝΥΣΙΑΕΥΜΗΛΟ|ΥΑΝ|ΑΤΙΟΕΑΣΙ
ΛΙΟΝΥΣΙΟΝΙΕΡΟΝΤ|ΩΣΕ|ΡΑΠΙΚΑΙΤΗΝ
ΙΕΡΟΝΠ|ΑΡΑΜΕΙΝΑ..|ΔΕ|ΑΥΤΟΙΣΕΩΣ
ΕΙΝΑΙΕΛΕΥΘΕΡ.|Ν|ΜΗ|ΠΡΟΣΗΚΟΝ
ΕΑΝΔΕΤΙΣΕΦΑΠΤΗΤ|ΑΙΕ|ΣΔΟΥΛΗΛ
ΠΡΟΣΤΙΜΟΝΔΡΑΧΜΑΣ|ΧΙΛΙ|ΑΣΙΕΡΑΣΤΑ
ΑΥΤΟΝΟΙΕΡΕΥΣΚΑ ΑΛΛΩΝΟΛ
ΜΑΡΤΥΡΕΣ ΑΧΟΥΔΑ
ΔΡΟΣΞ

Κλέωνος ἄρχον[τος, ἱερέως δὲ τοῦ Σεράπιος ....] | τοῦ Ὀφελάνδρου, Ἀνί[κητος ..... καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ] | Διουυσία Εὐμήλου ἀνατι[θ]έασι [τὸν ἴδιον δοῦλον | Δ]ιονύσιον ἱερὸν τῷ Σεράπι καὶ τῇ [Εἴσι καὶ τῷ Ἀνούβι] | ἱερόν. παραμεινά[τω] δὲ αὐτοῖς ἕως [ἂν ζῶσιν, ἐφ' ᾧ | τε] εἶναι ἐλεύθερ[ο]ν μὴ προσήκον[τα μηδενὶ μηδέν]. | ἐὰν δέ τις ἐφάπτηται ε[ἰ]ς δουλήα[ν, ἀποτεισάτω] | πρόστιμον δραχμὰς χιλίας ἱερὰς τ[ῷ Σεράπι· συλάτω δὲ] | αὐτὸν ὁ ἱερεὺς κα[ὶ τῶν] ἄλλων ὁ [παρατυγχάνων]. | μάρτυρες· [........]μάχου, Δα[............|........., ...αν]δρος Ξ......

Pauca sunt in quibus a Keilio dissentio, ex quibus unum paullo gravius quod ille vs. 4 fin. scribit καὶ τὴν [ἀνάθεσιν εἰς τὸ] ἱερόν, quod et a sententia et a structura magnam habere offensionem apparet, cum in meo supplemento, quod sane ne ipsum quidem certum existimo, una vocis ἱερὸν repetitio in reprehensionem neglegentiae, quae perfrequens est in eiusmodi titulis, incurrat.

2873 In vico *Sulinari*. Ex ectypo chartaceo ed. P. Foucart *Bulletin de corr. Hellénique* IX (1885) p. 426 n. 39. Praeterea usus sum apographo L. Rossii accurate consentiente cum Foucartiano, quod ille anno 1834 ad Boeckhium miserat.

ΗΡΑΣΚΑΣΤΡΙΚΙ
ΟΣΑΥΛΟΥΤΟΝ
ΝΑΟΝΚΑΙΤΑΘΥ
ΡΩΜΑΤΑΑΝΕΘΗ
ΚΕΝΚΟΡΩΝΙΩΙ

Ἡρᾶς Καστρίκι|ος Αὔλου τὸν | ναὸν καὶ τὰ θυ|ρώματα ἀνέθη|κεν Κορωνίῳ.

Aulum Castricium habes n. 2871, cuius hunc filium existimat Foucartus; sed mihi probabilius est, libertum intellegendum esse. Nam A. Castricium natione Romanum esse, non Graecum, inde apparet, quod illic unus inter omnes victores originis nota caret. Romanum vero hominem filio praenominis loco Graecum nomen imposuisse credibile non est. Contra in libertinis talia, ut *Clesipus Geganius*, *Dionysius Cossinius*, frequentia sunt antiquiore quidem aetate; namque si hic titulus Augusti principatu aut etiam recentiore tempore exaratus esset, non est dubium, quin iste homo potius *A. Castricius A. l. Heras* vocaretur (cf. Mommsen *Röm. Forschungen* I p. 29. 411). Coronium heroa eundem esse quem Pausanias IX, 34, 7. 8 Coronum vocat, ubi eum et Haliartum urbes cognomines condidisse refert, adnotavit Foucartus.

2874 Marmor, in ecclesia S. Ioannis in vico *Hagios Georgios* prope Coroneam antiquam. Ex Rossii apographo ed. K. Keil Syll. Inscr. Boeot. p. 84 n. XVIII*b* (Lebas *Inscr.* II, 665). Minus accurate Rangabé *Ant. Hell.* 1222. Pittakis Eph. 2404. Postea in ecclesia restituenda lapis a sinistra truncatus est, ut initia versuum perierint. Reliqua exscripsit Lolling.

ΕΙΠΑΛΑΙΜΟΝΙΚΑΙΤΗ
ΕΙΜΕΛΑΝΤΙΧΟΣΑΡΙ
ΤΩΝΟΣΤΟΝΝΑΟΝΚΑΙΤΗΝ
ΣΤ[ΟΑΝ]ΚΑΙΤΑΛΟΙΠΑΠΑΝΤΑ
ΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΑΝΕΘΗΙ

[Ἡρακλ]εῖ, Παλαίμονι καὶ τῇ | [πόλ]ει Μελάντιχος Ἀρί|[σ]τωνος τὸν ναὸν καὶ τὴν | στοὰν καὶ τὰ λοιπὰ πάντα | ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθη[κε].

2875 Fragmentum quadratum marmoris leucophaei, a. 0,17, l. 0,21, inaedificatum in ecclesia S. Demetrii, quae est in vico cognomini sito meridiem et orientem versus ab Orchomeno (*Skripu*). De origine lapidis vide ad n. 2870. Ed. B. Latischew *Mitth. des archäol. Inst. zu Athen* VII (1882) p. 359 n. 12 (R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 225 n. 652). Contulit Lolling.

ΑΣΚΗΕΥΚ////////////
ΟΝΔΙΟΣΚΟΡΟΙΙ

. . . . ας κὴ Εὐκ . . . . . | . . . . ον Διοσκόροι[ν].

2876 Tabula crassa marmoris subcaerulei, inventa ad ecclesiolam desertam S. Athanasii, quae est in clivo arcis Coroneae; exstat in urbe Lebadea apud D. Silvestridem. Exscripsit Lolling.

ΑΘΑΝΟΔΩΡΑ
ΠΟΛΙΟΥΜΝΑ
ΣΤΙΔΑΟΙΑ
ΡΕΙΑΞΑΣΑ
ΔΑΜΑΤΡΙΘΕΣ
ΜΟΦΟΡΥΤΟ
ΤΕΠΡΟΘΙΟΥΡ
ΟΝΕΠΕΣΚΕΥΑ
ΞΕΚΑΙΤΟΝΑΜ
ΦΙΘΙΟΥΡΟΝΑΝ
ΕΘΕΙΚΕ

Ἀθανοδώρα | Πολιουμνα|στίδαο ἱα|ρειάξασα | Δάματρι Θεσ|μοφόρυ τό | τε πρόθιου|ρον ἐπεσκεύα|ξε καὶ τὸν ἀμ|φίθιουρον ἀν|έθεικε.

2877 Basis lapidis leucophaei inaedificata inversa positura in turri, quae est in clivo orientali arcis Coroneae. Errore cum n. 2923 coniunctum ed. K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 175 n. LXV*f*, separatim Lolling *Archäol. Zeitung* XXXI (1873) p. 58. Anno 1885 denuo exscripsit idem et testatus est, nunquam plus uno versu in lapide fuisse.

//////////////ΟΡ.ΘΙΟΣΚΑΦΙ<///////

Var. lect. Expressi Lollingii apographum; initio ΩΙ.ΟΙΟΣ Keil.

[Δ]ωρ[ό]θιος Καφισ . . . . .

